





1772.

1. Trendelenburg, Joseph Frid: De arbitris in feudo secundum § 307 transactionis provincialis Mecklenburgicae a feminis feuduarius non castratis.
2. Trendelenburg, Joseph Frid: De lucro totis viduis ab secunda vota non auferendo.

1773.

Walker, Laurus Johannes: An et quotiens successores contractus ex conditione ab ipso celebrata pro et obligationes acquirant?

1774.

1. Reinhard, Joseph Friedrich: Gesammelter die Linn'sche Art der juristischen Studien auf Meissen lateinisch, wobei derselbe zugleich seine in Adolphi Sommer-Vorlesungen angeführt

1774.

2. Trendelenburg, Augustus Frid: Quaestiones juris con-
suetudine

3. Trendelenburg, Augustus Frid: De 46's demuminatione
actoris epique un et applicatione in foro.

1776.

1. Luwenstern, Nicolaus Georgius Bernardus: De bonis
cum publicatione in superiorum consequen-
tiam nunciis Carolina sublata

2. Luwenstern, Nicolaus Georgius Bernardus: De vite
reprehensa in l. 22 pr. D. quod vi aut clam

3. Martini, Francus Matthias: De sententiis et re
judicata in iustis principis ac legis uocae

1777.

1. Buchring, Fridericus Wilhelmus: Act l. 1. in per
stium causae appellatorum resti ponnat

2. Leuenstern, Nicolaus Georgius Bernhardt: De sacra
Hone collateralium et feudis novo jure antiquo
concesso secundum jus commune et Mecklen-
burgicum jure restringente.

3^{te} Martini, J. Matthias: De cautione eronialis
2 Bantl.

1778.

1. Martini, Johann Matthias: Als die Academie ge-
Bize der glücklichem Herrvorgegang der durchleuchtig-
sten Fürstin in Fräuen Louise, Herzugin zu Mecklen-
burg: -- durch . . . ge gehaltenen Aeten feiern
wollte, hat ein . . .

2. Martini, Johann Matthias: Feierliche Rede
von der bewerkhafften Glückseligkeit Mecklenburgs
von der Wohlthat seines durchleuchtigster Regenten
am 13 Juli 1778 bey dem Tode des beglückten

Herrvortrag des Durchlauchtigsten Fürsten zu Rand 17
Louise, Herzogin zu Mecklenburg in den Vörsen 3
der Academie zu Ritzow gehalten

3. Reinhard, W. Ferd.: De restitutione in integrum, quae
1779. fit bene manen

Amstorpis, Johannes Christianus: De femina mercator
et lit. 8 p. 2. Art. 1. Juris Hamburgensis

1781.

1. Martini, Johann Matthias: Bey der Feier des
gütlichen Herzvortrags des Durchlauchtigsten Fürsten
in Frau Louise, Herzogin zu Mecklenburg, am
am 12ten Mart. des Jahres 1781 zu Auführung
einiger in der Hofkapelle zu gehaltenen Reden
... etc

2. Martini, Johann Matthias: De jure circa
v. etc

3. —————

1781.

3 Martini, Joannes Mattheus : De favore legi-
vorum naturalium secundum principia reli-
gionis nostrae non eadem modo multo minus
et a delictis et incestibus applicandis.

4. Struncker, Friedrich Wilhelm : De viciis metri
subordinationis in repetendo nomine testium.
sect. 2.

1782.

Pfehn, Joannes Jacobus : An imperantis exercitium
juris circa sacra majestatis et consensum cleri
- der Gristlichkeit - sit adstrictum ?

1785

Martini, Joann. Mattheus : De judice tanto in litem
nandi poenis arbitrariis

1767.

1. Neuenhoff, Jo. Ber: De morte loco parajurandi
2. Walff, Christophorus Augustus Kauder: De obligatione
domini et agnati et solvenda ex feudo vasalli
defuncti debita

1789.

1. Martin, Johannes Matthias: Natus ex sponsa
successionis in feudo expers
2. Prehn, Franc. Jacobus: De prerogativa nominum
in tabulis publicis - des Stadt. Pfund Buchern



29. num. 35.

DE

LVCRO DOTIS

VIDVIS OB SECVNDA VOTA NON AVFERENDO

DISSERTATIO

1772, 2

IVRIS GERMANICI INPRIMIS MECLENBVRGICI

AVCTORITATE

INCLITI IVRECONSVLTORVM ORDINIS

PRAESIDE

ADOLPH. FRID. TRENDELENBVRG

P. 405

S. PALATII CAESAREI COMITE

ART. LIBERAL. MAGISTRO PHILOSOPI. ET IVR. VTR. DOCTORE

IVR. ANTECESS. ORDINIS ICTORVM BVETZOV. SENIORE

SOCIETATI DVICALI TEVTON. QVAE HELMSTADII EST

HONORIS CAVSSA ADSRIPTO

PRO OBTINENDIS

SVMNIS IN IVRE HONORIBVS

AD DISCEPTANDVM PROPOSITA

KENNERICH
UNIVERS.
ZVHALIE

AB AVCTORE

CHRISTIANO GVILIELMO TADDEL

ROSTOCHIENSI

L. V. C.

BVETZOVII

A. D. XVIII. SEPTEMBR. A. O. R. c1o1oCCLXXII.

AD LECTVROS.

Libellum, ex more academiarum, hanc legem honores artium petentibus scribentium, Vobis offerens, uti frons indicat, nolo Vos amplo prolixoque praesamine morari. Quamquam enim, utrum mos ille academiarum culpandus magis, quam laudandus sit, dubitari omnino poterat, nec adeo certum constitutumque videri, reime litterariae proficiat magis, an obsit multitudo huiusce generis libellorum, aut ab auctoribus proficiscentium, qui, etiamsi honoribus ipsis non plane indigni sint, de qua re dubitare piaculum omnino existimauerim, plerumque tamen, quod tuto adserere me posse crediderim, litteris nondum adeo imbuti et innutriti, earumque studio ita quasi consummati sunt, ut, quod omnibus numeris absolutum, et ex genio saeculi plane perfectum, dignumque sit doctorum virorum lectione, ab iis, vel ob ipsam aetatis rationem, absque iniuria expectari possit, aut si in auctore nihil desiderandum est, adeo festinanter conscriptorum, ut constati magis lucri, vel cuiuscunque alterius rei gratia, quam studio diligentiaque confecti videantur, haec omnia, inquam, quamquam disputari in utramque partem poterant, neque tamen mearum partium esse, de his rebus differere, neque sine arrogantiae specie, metuque inuidiae id a me fieri posse, satis superque sentio et egregie intelligo. Sed placuit, Vos, Lectores, in ipso qualiscunque huius scriptiunculae limine harum rerum commonesacere, ut, si laudem vestram mereri non possim, quam, utut pulcram mihi haberem, absque arrogantiae nota ne ambire me quidem, nedum expectare posse sentio, certe ex his ipsis rebus, quas commemoravi, excusationis causam petatis. Quidni enim, iudicetis quaeso, quotquot estis aequi bonique, qui haec qualiacunque legent, quidni veniam vestram mererer, qui et aetatis, vitaeque



que rationis, et festinationis excusatione uti possum, quum ad hoc scribendi genus ob necessitatem accedam, non quia, quod meditatus sum adeo egregium, politum, absolutumque haberem, ut oculis mentibusque vestris id, quasi ad spectu vestro satis dignum, obicere possem, sed, quia scribendum erat, scripturus. Quamvis enim tanta Vestrum, Viri docti, quorum in manus haec incidunt, penes me semper fuerit reuerentia, ut, ne plane rude esset atque incontinum, quod Vobis offerrem specimen, ex eo statim tempore, quo summorum Virorum in Athenis Fridericianis ad Salam iura docentium, inprimis Perillustri NETTELBLADTII, a cuius ore totus pependi, subselliis relicti, in patriam redux factus sum, omni diligentia studuerim omnique cura, conscribere libellum, quem olim aliquando, si placeret, aut e re videretur, honores in iure ambire, in publicum, non plane ignominiose, edere possem, tamen, quum iam in eo eram, ut peterem hosce honores, ipsumque illum libellum de pactis familiarum nobilium inprimis meclenburgicarum iam ante aliquot annos perfectum huius rei causa PRAESIDI obtuleram, hic ob molem, in quam iste, non opinanti mihi, excreuerat, huius generis scriptioe maiorem, et quia noua luce, qua post illum iam conscriptum, locus iste illustratus erat, uti non potueram, dissuadebat, eum ad disceptandum proponere, et potius auctor mihi erat, specialem aliquam quaestionem, quae tanti ambitus non esset, nec adeo amplam desideraret tractationem, ex iis ipsis, quas in illo opusculo tetigeram, seligere, et huic rei accommodare. Quare, quum quasi in diuerticulo lucris dotis et quarundam circa illius iura versantium quaestionum mentionem feceram, sequutus consilium PRAESIDIS, eam potissimum selegi, quam ipse mihi proponebat et commendabat, in fronte huius libelli indicatam, qua quaeritur: an secundae nuptiae viduae auferant luerum dotis, quam ipsam quoque in priori, iam seposita, commentatione, sed breuiter tantum et obiter tetigeram, iam paullo curatius exponendam
vberi-



vberiusque tractandam sumsi. Quia quidem in re licet omnem, quam potui pro temporum meorum ratione, adhibuerim diligentiam, nec leuiter adiutus sim PRAESIDIS, cui hac in re, uti multis aliis nominibus multum debeo, et summopere me obstrictum profiteor, consilio et beniuolentia, quam pulcram mihi duco, tamen maximopere me indigere sentio vestro quoque, Lectores fauore, indulgente conatui qualicumque, cui forte exitus non plane respondet, huncque ea fidentia mihi expeto, quam et aequitas vestra, — — iniquorum enim et maleuolorum, si qui sunt, qui haec nostra legent, iudicia parum curamus, — — et conscientia boni consilii, studiique eidem satis pro virium imbecillitate faciendi non tantum efflagitare, sed et inspirare animo mentique videtur.

§. I.

Instituti ratio.

De iure viduarum nubentium circa lucrum dotis, tam secundum iuris communis, quam Meclenburgici inprimis, praecepta breuiter, et, si euentum consilio exaequare contingit, succincte disputaturi, non ignobilem iuris quaestionem, vt mediam teneamus inter prolixam illam, loquacemque vbertatem, et sterilem mancamque tenuitatem, ita pertractare instituius, vt exposita natura lucri dotis, ex eadem, quid ius commune praecipiat, deduceremus, tumque inspectis legibus patriis, quid iis conueniat, despiceremus. Quia quidem in re ita versabimur, vt primum, quid sit lucrum dotis finiamus, dein pauca, quae maxime ad rem nostram spectant, de eo generatim exponamus, tum ex his ipsis ad quaestionem propositam respondeamus, porro leges patrias de hac re praecipientes referamus, denique ex iis id, de quo quaeritur, definiamus secundum ea, quae vera nobis videntur, simulque de iis despiciamus, qui contra sentiunt, eorumque



raciones inuestigemus , et ad infringendas eas, vim iis inesse nullam, quae contra nostram sententiam valeat , demonstremus.

§. II.

De dotalitio in genere eiusque variis formis exponitur.

Primum igitur vt recteque curateque finiatur , quid sit lucrum dotis, quaerendum erit quid sit id, quod latiori ambitu patens, quasi genus, hoc cum aliis, non plane ab similibus, quasi variis formis, sub se comprehendat. Curatissime enim ex praeceptis dialecticorum fines alicuius rei hac ratione reguntur, vt patefiat, tum id, quod eidem cum aliis ad finibus commune sit, tum id, in quo ea ab his ipsis ad finibus differat. Hac enim ratione praeclare intelligitur, non tantum, quatenus id, de quo quaeritur, cum aliis rebus conueniat, et ad quodnam genus rerum id referendum sit, verum quoque, quousque id sit a reliquis rebus omnibus huic aliqua certe ratione similibus fecernendum. Est vero, vt cuilibet vel primo ad spectu adparet, lucrum dotis ad emolumenta viduarum, vel, vt omnia comprehendamus, earum referendum, quae olim coniuges, iam soluto vinculo matrimonii, siue id diuortio, siue morte soluatur, superflites mansere. Quae quidem commoda, quum non sint vnus generis, videamus curatius, ad quodnam horum generum, vel si maius formarum, hoc pertineat. Qua quidem in re parum difficultatis habebis, quum videas, id esse ex numero horum emolumentorum, quae viduis, liceat enim hac, quasi generali, denominatione earum vti, quae ex dissoluto matrimonio superfluit olim tori fociae, — ex parte prioris mariti obueniunt. Hac ratione ergo lucrum dotis segregabis et ab his commodis, quae quauis singulari ratione aliunde, veluti ex clementia principis, cuius minister maritus erat, prouenire possunt, et ab his, quae quidem ex liberalitate mariti proueniunt, sed

ad



ad futuram matrimonii solutionem non pertinent, ideoque ad id genus reuocabis, quod generali nomine *dotalitii* in scholis Iureconsultorum insigniri solet. Sed quum porro videas, lucrum dotis ipsam dotem, a qua nomen adcepit, respicere, facili negotio, non tantum commoda illa viduarum e substantia prioris mariti proficiscentia in duas partes dispefces, quarum altera ad dotem plane non spectat, nec eam necessario supponit, altera ad dotem, sine qua esse omnino non potest, referenda est, ideoque *dotalitii* nomen, alia ratione ab ipsa dote desumpta, singulari quodam iure meretur, et hoc, quasi proprio, a priori, quod *vidualitium* vocant, fecerunt, verum quoque lucrum dotis, de quo quaeritur illius dotalitii formam esse perspicies. Facile enim intelligitur, posse non vna, sed varia et multiplici ratione fieri, vt dotalitium quoddam constituatur, hosque varios constituendi modos posse ad varias classes reuocari, ita quidem, vt id, in quo diuersitatis ratio adparet, curatius indicetur. Ita, dum vides, posse dotalitium aut ipsa lege non tantum deberi, sed et determinari ac finiri, aut a voluntate libera mariti proficisci, vel plene, vt nulla, ne illud constituendi quidem, adsit iuris necessitas, vel minus plene, vt plane omitti quidem nequeat, attamen ratio et modus, quo constituatur et finiatur, arbitrio constituentis relinquatur, manifestum tibi erit, hanc ipsius *causae* seu *fundamenti*, quod dicunt, diuersitatem, dotalitii *necessarii* seu *legalis*, et *voluntarii*, quod ipsum et *conuentionale* potest et *testamentarium* esse, discrimen efficere. Sed si *refers. dotalitium ad ipsam dotem*, insignis adparet differentia inter illud genus dotalitii, quod ipsam dotem quoque in se continet, et ita absorbet, vt praestito dotalitio, ipsius dotis nomine nil amplius repeti a vidua eiusue herede possit, et id genus, quod separatum et seiunctum plane a dote est, vt praeter dotem seorsum praestetur. Porro, si placet ipsam *dotalitii materiam* inspicere, videmus, eam aut pecunia signata posse, aut alia re, maxime soli, consistere. Pecuniae autem, quae dotalitii nomine praestatur, aut vna quantitas determinata est, quae semel



et simul soluitur, aut variae partes constitutae sunt, quae certis temporibus, veluti annuis, praestari debent, quae differentia spectat *ad modum praestandi dotalitii*. Contra vero, si dotalitium in re soli, seu praedio constitutum est, id quoque duplici ratione fieri potest, quarum altera haec est, ut ipse fundus dotalitii nomine ad viduam pertineat, altera haec, ut fructus tantum, qui ex praedio proueniunt, absque huius possessione, a vidua vindicari possint. Quae quidem discriminis ratio latet in diuersitate *iuris, quod viduae dotalitii nomine in fundo constituitur*; quum adpareat, ipso fundo in dotalitium constituto, viduae competere non quidem dominium, quod minus plenum, seu vile vocant, (licet alii id malint) sed vsum-fructum potius iuris germanici; retribus vero fundi tantum in dotalitium assignatis, in ipsum fundum viduae, aut ius hypothecae tantum esse, aut, quod rectius dici posse videtur, seruitutis iuris germanici, quae in dando, perinde ut census, consistit. *Tempus* quoque, ad quod dotalitii ius durat, varia ratione finiri et determinari poterit, ut et ex eo varia oriatur dotalitii constituendi ratio, quae ipsa tanti est, ut et nomen dederit dotalitio. Nam, quum ultra vitam viduae extendi non solet, *vitalitium* inde adpellari consuevit, Germanis *Leibzucht*, *Leibgedinge*, in quibus denominationibus voculae *leib* eadem vis inest, quam in denominatione *der Leibrenten* eidem inesse adparet, scilicet ut denotet id, quod ad vitam adstrictum est, et morte exstinguitur. Num ante mortem quoque finiri debeat, id pactis determinari posse non dubitatur, quod si factum non est, an ipso iure simpliciter vsque ad mortem duret, insigniter disputatur inter doctores, de quo mox videbimus.

§. III. *De dotalitii prima origine quaeritur.*

Ita, neque id dedecere iureconsultum putamus, philosophum in quaerendis, discernendis, finiendisque notionibus, egimus, aut certe agere



agere fluduimus. Iam vero, vt sobria fit et vera, talisque, qualis in iuris-
 prudentia esse debet, philosophia nostra, accedamus ad historiae antiqui-
 tatisque latifundia, ex iisque, quasi fontibus, hauriamus, quae ad plene
 formandam notionem dotalitii facere possunt. Sicuti enim, qui vtriusque,
 puta et philosophiae et historiae, artisque criticae, quae ei adiuncta esse
 debet, lumine destitutus, in iurisprudentiae siluam se immittit, densissima
 obscuritatis nube plane obductus circumdatusque, non potest vbique non
 caecutire, ita, qui alterutra harum facium neglecta et relicta, altera sola
 vitur, is incerto duce multo incertior comes, tantum non vbiuis a recta
 via aberrabit, et ex riuulis hauriet, vbi ex fonte bibere dulcius poterat, licet,
 quod augeat, ni fallor, huiusce generis hominum miseriam, dum nubem
 pro Iunone amplectitur, haud raro insigniter sibi placeat, mirum in mo-
 dum rem pulcram, quam aut ingenio suo exsculpsit, sed historiae fide
 non firmavit, aut in antiquitate inuenit, sed eam nulla philosophiae arte
 perpolitam, reliquis, ad quas pertinet, aptare et iungere nescit, extollens
 et laudans, quasi qui sapiat, in tacito gaudet sinu. Sed ad rem nostram
 accedamus, et quantum lucis, ex antiquitate, dotalitii notioni curatius fini-
 endae foenerari possimus, periculum faciamus. Omnes autem patrii iuris
 doctores, quorum doctissimorum quidem poteram facile, si vsum id in re
 notissima praestaret, aut multae lectionis laudem ex ea re aucupari vel-
 lem, non exiguum numerum in medium proferre, omnes hi, inquam, in
 eo consentiunt, ignorasse maiores nostros, perinde, vti de *Assyriis* id, teste
 AELIANO a), de *Babyloniis*, teste HERODOTO b), et de *Armeniis*,
 ex ipsis libris nostris c), PERIZONIUS obseruauit d), de *Scythiis* vero,
 a quibus

a) *Variar. histor. L. IV. c. I.*

b) *Lib. I. c. 196.*

c) *Nov. 21.*

d) *in dissert. de Lege Voconia. p.*

88. *Triadis dissertationum PERIZO-
 NII* ex editione HEINECCII (*al.
 p. 114.*) qui ipse editor in *Antiquitar.
 Roman. Syntagm. Lib. I. Tit. 8. §. 2.*
 haec omnia quoque exscripsit.



a quibus permulti ipsorum Germanorum originem deriuant e), iisque con-
fanguinea *Cætarum* gente, HORATIVVS poëta, non sine laude, auctor
nobis est f), muliebrem Romanorum dotem, contra vero maritos vxori-
bus dotem obtulisse, vti a TACITO accepimus g), qui hoc quoque loco,

e) Ita post GROTIUM, SCHE- *secura tantum cap. II. §. 2. pag. 52.*
FERVUM, SCHERINGHAMVUM, quos *Non quidem diffisor penitus, inquit,*
nominat HEINECCIUS in *Antiquita-* *scriptorem ita incipiendo, dotalia Ger-*
manorum describere instituisse, verum,
quae sequuntur, verba indicant, istum
longe aberrasse a scopo quem intenderit,
ignorantia iuris peregrini diuersa com-
miscens. Minime enim, quae sequun-
tur apud TACITVM, ad istam dotem
maritalem sunt referenda. De hac nil,
praeter pauca illa, dixit historicus, reli-
qua, quae addit, vt aperte cuilibet lo-
cum illum intuenti patebit, spectant om-
nino ad sollempnia illa nuptiarum, in
quorum numero etiam munera illa erant,
quae statim postea recenseret, iungens ea
doti illi, minime vero eidem commiscens.
Plane similem SALMASII errorem in
suo *de modo vsurarum* libro cap. IV. p.
185. commissum notauit ὁ πᾶν GEB-
BAVERVS in *dissert.* quae *de ritu nu-*
ptiarum inscripta octauo loco inter eas
disposita est, quas sub communi nomine
Vestigiorum iuris germ. antiquissimorum
Goettingae 1757. edidit, pag. 252 sqq.
quae primum a. 1736. sub titulo *de in-*
dole connubiorum emissa est. Sed videntur

f) Qui *Carminum Lib. III. od. 24.*
e. 17. sqq. ita canit:

Ille matre carentibus
Præignis mulier temperat inno-
cens:

Nec dotata regit virum
Coniux, nec nitido fudit adultero,
Dos est magna, parentium

Virtus, et metuens alterius viri
Certo foedere castitas.

g) notissimo illo loco: c. 18. de M.
G. vbi propria sua, nec ineleganti bre-
uitate, dotem, inquit, non vxor marito,
sed vxori maritus offert. Quod qui-
dem, vt dixi, proprium quasi TACITO
breuitatis studium, efficit, vt iurium
confusionis et ignorantiae frustra illum,
praeter alios, ab HEINECCIO quoque
accusatum esse putem, qui in elegantis-
sima *dissertatione de vxore romana per*
propter nuptias donationem de alimentis



vti in aliis, ad iuris patrii origines pertinentibus, doctissimum seque ipso dignissimum nactus est commentatorem, summum GEBAVERVM, ipsi TACITO fidem facientem, dum ex veterum Germanorum more egregie docet, defuisse feminis, iure succedendi destitutis, quod maritis adferrent, nec, si adfuisset, hoc, quod tutelae maritorum legitimae beneficio in eorum manu fuisset, indignuisse dotalis dominiū romana fictione, contra vero, sicuti virginibus, dum in capillo essent, quia domus portio habebantur, satis fuerit prospectum, ita nubentium curam maritum suscipere debuisse, qui non tantum durante, verum quoque, vt viduis etiam prospiceretur, soluto matrimonio, alimenta iis subministrare, eamque ob rem

hanc

tur multi doctissimi viri hunc locum perfunctorie legisse, a quibus, nec eos, quorum sat multi sunt, eximendos puto, qui *Vaderphii* originem in his inuenisse sibi persuadent. Male! De muneribus enim sermo est historico, in *quae uxor accipitur, et quae inuicem ipsa marito adfert*. Quare nec GVDLINGIO calculum adicio, qui in eruditissimo *de emtione uxorū, dote et morgengaba libello cap. I. §. 20. p. m. 21.* ad emtiones uxorū haec refert, licet, si cum his conferas, quae ibidem *cap. II. §. 6. p. m. 39. sq.* scribit, non plane sibi constantem eum inuenies. Nam et mutua erant haec munera, et ipsi sponsae, non parentibus et propinquis eius, sed his tantum praesentibus et ea probantibus, a sponso, sicuti a sponsa sponso dabantur. In haec

munera uxor accipitur, recte igitur Graecorum more dixisse CORNELIUM nostrum, quasi *ἐπὶ τῶν δόσις, his muneribus datis, sub conditione ueluti talium munerum*, animadvertit CL. ERNESTI ad h. l. licet ipse haec munera cum dote confundat Vir summus, Plane contra auctoris mentem, qui in his muneribus *maximum vinculum, arcana sacra, et coniugales deos* quaesuisse veteres addit, quae omnia in dotem non quadrant, quum tamen contra nil magis naturale, nec conuenientius quidquam dici possit, quam munera haec sollempnia illa fuisse, quae archarum loco dabantur, qualia deinceps annuli erant. add. AYRERI, summi viri, *dissert. de iure connubior. apud veteres Germ. Sect. 1. §. 9. et Sect. 2. §. 6.*

B



hanc dotem ipsis constituere obligabatur *b*). Quam quidem philosophiam, in exponenda ratione dotis romanae in Germania veteri exfulis, sequuti quoque sunt eruditissimi viri *PVETTERVS* *i*), et *SELCHOVIUS* *k*), digni, qui tanti nominis viro ad ornandam almam Georgiam Augustam collegae et focii iuncti sint. Hanc ipsam autem dotem germanicam et maritalem, in qua nulla dotis muliebris et romanae ratio habetur, nec, quippe plane incognitae, haberi poterat, dotalitium dictum esse a multis post *GVNDLINGIVM* *l*) contenditur, neque sine eleganti ratione. Sicuti enim a Gallorum verbo: *doiier*, quod significat: dare, donare, dicere alicui aliquid, Gallorum *doiiaire*, et *doiiairiere*, ita a Germanico: *widmen*, *bewidmen*, et ipsam vocem *wittib*, *witwe*, et vuculas: *widem*, *wedeme*, *wittum*, deriuant, et ex Gallorum voce *doiiaire*, quum media aetas illam *doarium* reddere non abhorruit, *dotarium*, *dotalitiumque* effectum esse censent. Ipsum quoque *dotis* *εἴρη* tale quid indigitat. Ita enim *VARRO* *m*) *dos erit pecunia*, inquit, *si nuptiarum caussa data: haec graece δωτην, ita enim hoc Siculi*. Cui non plane absimile videtur, quod *FESTVS* *n*) ait: *dotem manifestum est ex graeco esse, nam δωται dicitur apud eos dare*, licet *VARRONIS* derivationem huic praefereendam esse censeat *VOSIVS* *o*), forte, quia proximior illa, haec remotior est.

Gracco-

b) Vide quae summus vir *de dote vet. Germ.* disputavit in *vestigiis iuris germ. antiquiss.* pag. 229. *sqq.* vbi septima est dissertatio, quae antea a. 1741. prodit.

i) in *elementis iuris germ. privati bodierni* repetita praefatione a. 1756. editis §. 218. *sqq.* et §. 228. *sqq.*

k) in *elementis iuris germ. privati bodierni*. §. 440. et 449. posteriorum editionum.

l) in *libello*, quem ante nominavimus, *de emtione uxorum, dote et morgengaba* cap. 2. §. 21. p. m. 53. *sq.*

m) de *Lingua lat. libr. 4.* in *DION. GOTHOFREDI auctoribus lat. linguae in unum corpus redactis* p. m. 28.

n) de *Verb. signif.* apud eundem *GOTHOFREDVM* p. m. 281.



Graecorum enim *δῶς* et *δωρίων* procul dubio sunt a *διδωμι*. Sed dum a Gallis *duarium* illud, quod sine dote est, deriuamus, forte IULIVS CAESAR, acutissimus ille inter ipsa arma et Gallorum et Germanorum morum ferutator, intercedit. Is enim, qui in his ipsis rebus Germanorum et Gallorum mores maxime differre adferit *p*), hisque propinquitatem et rerum transmarinarum notitiam multa ad copiam atque vsum largiri perhibet, quum contra Germani egestate et inopia laborarent *q*), de Gallis haec refert *r*): *Viri quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex suis bonis, aestimatione facta, cum dotibus communicant.* En dotem muliebrem! et ecce, quod ad amissim in compensationem eius, ideoque in eadem quantitate constituitur, dotalitium, quasi contrariam dotem! Sed curatius despiciamus de his rebus. GUNDELINGIO autem, Gallis dotem muliebrem fuisse vstitutam, simpliciter et absque omni addita ratione negante *s*), auctore vti, contra antiquitatis scriptorem tanti nominis, temerarium forte videtur. HEINECCIUS certe cautior nodum, quem alio loco plane intactum reliquerat *t*), alio loco *u*) non secare, sed soluere studens, CAESAREM putat, vidisse, haec in iis Galliae partibus fieri, quas suis moribus Romani imbuerant, at vix credibile censet, idem reliquos fecisse Gallos, quibus sinceriores et minus inquinati mores placebant. Itaque existimat, CAESAREM, patriis adfuetum iuribus, ea, quae marito vicissim offerebat vxor, pro dote habuisse, dotem autem veram Germanicam in *ἀντιδότην* mutasse, eodem errore, quem multis post saeculis Iureconsulti Ger-

o) in *etymologico linguae lat.* f. *geng. c. 2. §. 16. p. m. 48.*

v. dos.

e) in *dissert. de vxore romana per*

p) *Lib. VI. de bell. gall. c. 21. init. propter nupt. donat. de alimentis secura*

q) *Ibid. c. 24.*

tantum cap. 2. §. 3. p. m. 53.

r) *ibid. c. 19. init.*

u) in *elem. iur. germ. Tom. I. Lib. I.*

s) in *libello de emt. xx. dote et mor-* §. 233. *Schol.*



Germanici errarunt. Quae quidem licet non omnino vera, tamen haud procul a vero abesse puto, eaque de remox plura dicam. Iam quidem notasse sufficiat, nil hoc loco interesse, dotemne Gallis concedere, an denegare velis, quum hic tantum de ipsa vocis dotalitii origine, non a dote repetenda fermo sit. Caeterum de dotalitio nostro et hodierno, non proprie fermonem esse CAESARI ea, quae sequuntur satis manifeste indicare videntur. Nam quae subsequuntur: *Huius omnis pecuniae coniunctim ratio habetur, fructusque seruantur. Vter eorum vita superarit, ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum temporum peruenit.* — haec magis communionis bonorum coniugalis quasdam origines prodere videntur.

§. IIII.

Vlterius de dotalitii natura disputatur.

Vidimus ergo antiquissimas Germanorum vxores dote quidem propria, sed viduas easdem dote ex substantia mariti profecta, seu dotalitio, minime destitutas. Sed victa deinceps sensim per adfluentiam inopia Germanorum et egestate, mirum non est, patres amplioribus opibus instructos, non tantum genero ad fines familiae adcedenti, verum ipsis quoque filiabus suis nubentibus prouidisse, easque varia ratione, parcius, lautius, pro temporum facultatumque ratione, bonis et pecunia adeo elocasse. Quae quidem bona puto ea fuisse, quae Iureconsultis nostris *Vaderphii* nomine, in Legibus antiquioribus patriis non infrequente, perquam nota, et multorum, inprimis GRYPENII *a)*, ESTORIS *b)*, BREVNINGII *c)*, industria curate explicata sunt. Et haec quidem, si quid video, est quoque illa pecunia, non quidem praecise signata, sed latiori sensu pro quibusli-

a) in uxore rheotisca. c. 3.

libus promisso.

b) de apparatu et instructu muliebri

c) *diff. de Vaderphio veterum Germaniarum praeter dotem, pactis dota-*

manorum, Lips. 1752.



buslibet rebus, quae sunt in bonis, non inusitato Romanis loquendi more *d)*, dicta, quam Gallorum vxores, CAESARE auctore, maritis suis attulerant, eadem, quam iidem *Galli*, aut *cisalpini* forte, quae elegans est MENAGII *e)* coniectura, *peculium* dixerunt, vti VLPPIANVS *f)* auctor nobis est, sed minime confundenda cum muneribus inter sollemnia nuptiarum viris a nubentibus inter Germanos, TACITO teste *g)*, oblati, quod, praeter alios, HEINECCIUM *h)* quoque erronee putasse miror. Istud autem *vaderphium*, vt liceat barbaro et incompto nomine, sed vsitato, designare id, quod praesidii paterni causa filiabus nubentibus dari solebat, licet nec in eo doti romanae conueniret, quod id non, vti Romanorum dos, necessario ad legitimas nuptias requiretetur, *i)* nec Quiritium sollemnitates

d) qui non tantum in iuris arte veteribus notus est, certe esse debebat, quippe claris verbis hac de re ab VLPPIANO, et HERMOGENIANO in *L. 5. L. 178. et L. 222. D. de V. S. edoctis*, sed nec quemquam alium, latinorum scriptorum lectione vel mediocriter imbutum, fugere debebat. Praeter FESTVM enim, qui idem docet, multa sunt veterum auctorum loca, quae sine hac vocis pecuniae notatione non intelliguntur. Ita, vt vno exemplo vtat, CICERO *Topic. c. 6.* hereditatem eleganter definit pecuniam, et saepe pecuniam pro haereditate dicit, vt *de Legib. Lib. II. c. 19. et 20.* estque haec constans legis decemviralis loquendi ratio, vti ipse TULLIVS docet *de inuent. Lib. II. c. 50.* Notatu quoque dignus hanc in

rem sicut locus in *c. 21. ibid.* vbi notam illam iureconsultis regulam: *nemo pro parte testatus et intestatus decedere potest*, mira elegancia a quouis, tantum non fungo stipiteque, sentienda ita effert: *Vnius pecuniae plures dissimilibus de causis heredes esse non possunt.*

e) in *amoenitat. iur. ciu. cap. 3.* vbi de CAROLI ANNIBALIS FABROTTI consensu sibi hac in re, ipsique sane non inglorioso, adscriptis eius verbis, nec sine vanitate, gloriatur.

f) in *L. 9. §. 3. D. de iure dotium.*

g) *c. 18. de Mor. Germ.*

h) in *elem. iur. germ. Tom. I. Lib. I. §. 234.* Iunge his, si lubet, quae diximus ad *§. praeced. III. sub lit. g. ad marginem.*

i) Non ignota est haec dotis exscit-



nitates in constituenda dote, qua haec aut dabatur, aut promittebatur, aut dicebatur, nec variam et multiplicem dotis romanae, in profectitiam, aduentitiam et receptitiam, voluntariam et necessariam, promissam et constitutam, cautam et numeratam, aestimatam et inaeſtimatam, diuisionem admitteret, nec denique ipsam dominiū in ciuile et naturale distinctionem ex mente Romanorum efficeret, tamen, quum perinde, vt dos romana, dabatur quoque ad subleuanda communiterque ferenda matrimonii onera in quo natura dotis, si illam in genere definire placet, potissimum ponenda est, non plane inepte dotis nomine insigniri poterit. Quod vero, vt dixi, non marito tantum ad ferenda haec matrimonii onera, sed et ipsis nubentibus prodesse debebat, id dupliciter fiebat, scilicet, vt non tantum durante matrimonio, vel ex allatis marito bonis melius ali possent, vel, praestito ipsi ad instruendam rem familiarem et domesticam praesidio, marito, hac cura ipsi sublata, certe imminuta, ampliores facultates superessent, de quibus melius cum vxore familiaque vitam transigere posset, verum quoque vt soluto matrimonio vxor, tum forte vidua superstes, (diuortia enim ignorasse videntur, qui celebratis nuptiarum sollemnibus sic viuendum, sic pereundum existimabant ^l), expulsamque, quod raro fiebat, ob adulterium e domo mariti adulteram ^m) huiusmodi commodis procul dubio priua-

tis Romanorum in nuptiis necessitas, quam POMPONIVS et PAVLLVS ICTI in *L. 1. et L. 2. D. de iure dotium*, et clarius poeta comicus PLAVTVS nos docent. Huius enim locum in *Trinummo Act. III. Sc. II. v. 63. vbi Lesbonicus* adolescens haec profert:

*Sed ut inops, infamis ne sim, ne mihi
hanc famam differant
Me germanam meam sororem in concubinatam tibi*

*Sic sine dote dedisse magis, quam in
matrimonium*

a multis iam inuenio ad hanc rem probandam nec incongrue adhibitum. Posterioribus tamen temporibus iure Iustiniano recessum esse ab hac necessitate constituendae dotis patet ex *L. ult. C. de donat. ante nupt.*

^l) auctore TACITO de *M. G. c. 18.*

^m) Vid. TACIT. *ibid. c. 19.*



priuabant) haberet, vnde melius aleretur. Nam etsi haec cura alimentorum viduae subministrandorum, secundum instituta maiorum, marito incumbebat, tantum tamen aberat, vt iis hac ratione ab obligatione illa, quae ex maritali amore et ipsa natura adeo proficisci videbatur, liberaretur, vt potius pudor ille naturalis, cuius vim potestatemque egregie sentiebant maiores, nouo quasi, nec minore, grati animi vinculo sustineretur magis et firmaretur, maritusque vxori, quae ipsi bona attulerat remque familiarem auxerat, ad compensanda remunerandaque haec commoda sibi allata, de lautioribus, ipsisque his emolumentis non imparibus, alimentis prospiceret. Iam ergo habemus hac ratione, ex ipsis maiorum nostrorum puris sincerisque institutis, et dotem quandam, e Romanorum legibus sane non profectam, et dotalitium quoddam huius ipsius dotis rationem habens, ad eamque relatum et in eius compensationem concessum et constitutum, sed itidem non ex Quiritium placitis effectum formatumque, vt adeo hac in re effecisse videamur, quod HEINECCIUS, doctissimus ille vtriusque et romani et germanici iuris indagator verique nominis doctor, se in antiquitatibus germanicis, nunc demum ex carceribus priuatis, quibus per quinquaginta fere annos inclusae delituerunt, in dias luminis auras a filio tanto patre digno protractis, se ostendisse dicit *n*), scilicet, pleraque iura hodierna, quae vulgo vel e iure romano, vel ex nouissimis legibus deriuantur, ipsis antiquissimorum Germanorum legibus et consuetudinibus debere originem, nisi quod iuris peregrini admixtione fuerint inquinata. Qua quidem in re, ne nimium nobis arroganter et praeter meritum sumamus, ingenue fatemur, potissimum et maxime nos pressisse vestigia S T R V B E N I I summi viri, qui hac quoque in re, vti in multis aliis, iurisprudentiam germanicam maxima eruditionis luce illustrauit *o*).

§. V.

n) in Praefatione ad PERIZONII editam. pag. 7.
o) in der Abhandlung vom Ursprung
 der



§. V.

*Pauca de Romanorum propter nuptias
donatione adsparguntur.*

Sed quum nemo sit vel mediocriter in arte nostra versatus, qui nesciat, nec dotalitium illud, prouti pristinis et antiquissimis temporibus in Germania obtinuit, hodie seruatum esse purum, sed mixturam iurium peregrinorum etiam hoc inquinasse maiorum institutum, quumque ideo inquirendum esse putem in ea quoque iuris Romani capita, ex quibus quid est huic doctrinae immixtum, nescio, an opus sit, vt petam a lecturis veniam *αἰγέρεω*, quae me obsidet, existimantem, ob ipsam hanc iurium romanorum et germanicorum confusionem non tantum iis, qui in docenda vltcriusque excolenda iurisprudencia nostra versantur, verum et iis, qui foro se manciant, omnino necessarium esse, vt vtriusque iuris scientia mentem curatius informent, nisi vbiuis caecutire, et leguleiorum aut sillabarum cantorum vulturumque forensium eheu! horrendum — nescio an ingens quoque dicendum sit? — agmen augere velint. Haec ipsa enim, quae ima mihi mente sedet infixata opinio, vt haereticum decet, — et quis quae- so huius generis homines his temporibus non inter ICTos quoque quae- siuerit? — quis forte etiam non damnauerit — iugulauerit? — haec inquam, ob id ipsum forsitan damnanda, opinio mea sola efficit, vt lecturis hanc quoque, cuius tenorem indicat inscriptio, dissertationis sectionem legendi, certe mihi illam conscribendi molestiam faciam. Dentergo, si velint, hanc veniam, quam si denegare malint, legentes, haec praetercant. Ego vero, ne multa hi praeterire necesse habeant, nec istos nimium morer, ideoque vtriusque operam minuam, breuis sum in re, quam non, nisi in tran-
situ,

des deutschen Wirtums und Leibgedings, tulo: Nebenstunden editis Tom. V. pag. quae locum septimum et tricesimum occupat in perillustri viri patergis sub ti.



situ, hoc loco attingere placet. Notum autem est omnibus, qui vel Pandectarum scholis in academiis interfuerunt, bonorum varia circa matrimonium occurrere genera. Ex parte vxoris enim praesto sunt, dos cum augmento, quod eidem accedere interdum potest, secundum varia, in quae distinguitur et dispefcitur, genera, et παραφέρων. Omitto enim receptitia bona, quae in foris scholis nostris vocantur, quum frustra haec, itidem ex iuris romani et germanici misera commixtione ingeniis doctorum efficta formataque, in iure romano docentibus BALDVINO a), HOTO-MANNO b), GRYPENIO c), HVBERO d), tam antiquo, quam recentiori, cui illa WERNHERVS e) interpolare, sed irrito, quod effecit amabilis MEISTERI f), doctissimi viri, eruditio, conatu studuit, aequae frustra, ac in ipso iure germanico puro quaesueris, vti clarius docuerunt BERGERVS g), LEYSERVS h), GAERTNERVS i). Ex parte mariti, ante, vel, vt IVSTINIANVS dicere sanxit l), propter nuptias donatio, quam quasi ἀντιφέρων esse, ipse quoque Imperator perhibet m), quamuis et hanc pro marito a tertio, perinde, vt dotem, ab alio pro vxore, constitui posse certum

- a) in Iustiniano s. de iure nouo. L. 2. norum vxoris. Viteb. 1709.
 p. 155. b) meditat. ad Pandect. spec. 302.
 b) de ritu nuptiar. c. 8. med. I. vbi et illius, cuius ante mentionem fecimus, Bergerianae dissertationis auctorem se profitetur.
 c) de vxore Rom. c. 7. §. 7. i) in dissert. qua iuris Romani distinctionem inter dotem et parapherna foris Germaniae non esse accommodandam contendit.
 d) in Praelect. ad Dig. Tit. de iure dot. §. 15. e) in select. Obseru. forens. P. 5. f) in lectu dignissima et bonae frugis plena dissert. de bonis vxoris ex Romani iuris praesumptione non paraphernalibus, sed dotalibus §. 3. p. II.
 g) in dissertatione de discrimine bonorum vxoris. Viteb. 1709.
 h) meditat. ad Pandect. spec. 302. med. I. vbi et illius, cuius ante mentionem fecimus, Bergerianae dissertationis auctorem se profitetur.
 i) in dissert. qua iuris Romani distinctionem inter dotem et parapherna foris Germaniae non esse accommodandam contendit.
 l) in L. ult. C. de donat. ante nupt. add. §. 3. I. de donat.
 m) in L. quam diximus ult. C. de don. a. n.



tum sit. His addimus ὑπόβολον, cuius apud Graecos iuris byzantini scriptores haud infrequens sit mentio. Reliqua omnia hic omitimus, ut dona nuptialia, arrham, sponsalitiā largitatem, in qua, quae CONSTANTINVS Imperator de osculo interueniente constituit ⁿ⁾, GRYPENIVS singulari libello ^{o)} multa diligentia exposuit, eiusque rationem, communem opinionem sequutus, in delibata per osculum pudicitia ponit ^{p)}, neque tamen admittit, quod EVERHARDO OTTONI ^{q)} quoque placuisse videmus, intelligenda haec esse de sponsalibus publicis et sollempnibus interueniente osculo celebratis ^{r)}. Sed inter multas doctorum virorum de propter nuptias donationis apud Romanos natura disputationes, miror illam HEINECCI ^{s)}, cuius supra mentionem iam fecimus, nec magis notam, nec maiori plausu acceptam, aut certe curatius examinatam esse. Ponit autem ille huius donationis causam in mala virorum, crescente apud Romanos indies luxuria, bonorum administratione. Qua quidem ne efficeretur, ut maritis ad inopiam redactis, factaque a creditoribus bonorum sectione, miscellis vxoribus, praeter dotem nil remaneret ex bonis eorum, quam cura alendi familiam, THEODOSIVS et VALENTINIANVS Imperatores ^{t)} sanxerunt, ut ante nuptiarum tempus vxoribus cer-

tam

- ⁿ⁾ in L. 16. C. de donat. ante nupt.
^{o)} qui inscriptus est de donationibus ante nuptias et an osculo virginitas de-
 liberetur? Ob die lungferschaft durch einen Kuss verlohren gehe? Frcf. et
 Lipsf. 1741.
^{p)} in membr. 2. illius libelli p. 35. sqq.
^{q)} ad §. 3. I. de donationibus.
^{r)} libelli, quem diximus, membr. I.
 §. 14. pag. 19. extr. 199.
^{s)} qua vxor romana per propter nuptias donationem de alimentis secura
 tantum sinitur, uti est inscriptio, quae
 vereor, ne FRIDERICVM SIGISMVN-
 DVM WITZLEBEN respondentem, au-
 ctorem mentiatur; Est enim tanta eru-
 ditione referta, tantaque elegantia con-
 scripta, ut, qui eam legit, nouitque Hei-
 necciani stili nitorem et in arte critica
 eruditionem, vix dubitauerit, quin totam
 eam illi adscribat.
^{t)} Hos enim diuos iuniores principes,



tam bonorum quantitatem assignarent viri, unde haberent, quo necessitate ita ferente se, maritum, et familiam possent alere v), ideoque sanctione hac effectum esse, ut sicuti ex parte mulieris dos constituitur, ne maritus onera matrimonii solus ferat, ita societatis aequalis naturae convenienter, haec ἀντιθέγη constitueretur, ne liberante fortuna maritum ab his oneribus, ipsi maxime impositis, omnia in miseram vxorem deuoluerentur coniugii incommoda *). Cui philosophiae convenienter propter nuptias donationem definit y): *pecuniam, quam vir, vel alter eius nomine, uxori suae constituit, unde, si fuerit opus, constante matrimonio se, maritum et familiam possit alere.* Quae quidem egregie nobis placeant, qui ipsi, ante quoque, quam haec Heinecciana legeramus, dudum vidimus, falsum esse, quod vulgus doctorum vno quasi ore clamat, in *securitate dotis* constitutam esse hanc donationem, quin potius *remunerandae dotis* causa inventam esse putauimus. Ἰπόβολον autem, — nam nec hoc plane sicco pede praeterire licebit, quum ex constituto lecturi, quibus hae dapes non sapiunt, hanc sectionem praetereant, in cuius inscriptione tamen hoc studio omisimus, ne in limine statim deterreremus, quibus, licet ab his litteris non plane quidem abhorreant, graeca tamen uocula, nescio quem, horrorem incutit, — — ἰπόβολον igitur, ut repetamus vocem horridam, quum ἀπὸ τῆς ὑποβάλλειν, quod Graecis est *adiicere, subiicere*, veniat, omnino curari in hac nostra disputatione meretur

pes, quorum mentionem facit Imperator eleganter euicit HEINECCIUS in *dis-*
 IUSTINIANVS in §. 3. I. *de donat. fert. illa Cap. I. §. 3* — 7. idemque
 verosque huius donationis auctores esse, adserit EVERH. OTTO, *ad d. §. 3. I.*
 non DIOCLETIANVM et MAXIMI v) quod non obscure indigitat L. 29.
 LIANVM, VI FERRETVS, aut CON- C. *de donat. ante nupt.*
 STANTINVM M. cum AEGIDIO x) ita HEINECC. l. c. C. I. §. §.
 HORTENSIO, VI CONTIVS putauit, y) *ibid. §. II.*



retur, quum non tantum saepissime in *basilicis* id nihil aliud sit, quam donatio propter nuptias, *πρὸ τοῦ γάμου δορεὰ*, sed a multis doctissimis viris definiatur *incrementum dotis*, quod mortuo marito uxori *superstiti redditur supra dotem*. Sed ne pluribus haec a nobis persequi opus sit, efficit summa SAMMETII, consultiissimi viri, diligentia, qua eruditissime probatum dedit ^z), hypobolum *generaliter* acceptum, nihil aliud esse, quam *lucrum in casum mortis a coniugum superstiti, vel ex conuentione, vel lege, vel consuetudine percipiendum aut perceptum, in specie vero quantum ad ius Iustinianicum, esse lucrum, quod pars superstes ex conuentione in casum mortis percipit*.

§. VI.

Pauca de iuris romani et germanici confusione differuntur.

Ex quo vero ius romanum in fora Germaniae penetrauit, tantumque auctoritatis nactum est, vt, vt Cl. SELCHOVIUS eleganter scribit ^a), parum abesset, quin ipsa adeo Germanorum instituta legesque gradu suo depelleret ingrata in hospitalem Germaniam iurisprudencia romana, idem quoque factum inuenimus in dotalitio, vbi, quod recte cum LEIBNIZIO ^b) obseruat HEINECCIUS ^c), prima incrementa ius romanum cepisse in aulis caussisque principum, hac quoque in re perspicitur. Neque forte erabo, qui, sicuti pacta familiarum potissimam iuris priuati principum partem constituunt, ita hanc dotis romanae, dotalitiique ad eam relati, constitutionem, primum fere omnium putauerim fuisse iuris romani caput, quod

in

^z) in *disput. inaug. de hypobolo* eruditissime conscripta Lips. 1746, et inter doctissimi viri *Opuscula*, quae iunctim Lips. 1763. prodicere, primo loco recusa,

^a) in *elem. iur. germ. priu.* §. 13.

^b) in *praefat. Cod. iur. gent. diplom.*

^c) in *antiquitat. germ. Tom I. Lib. I.*

c. 7. §. 4 399.



in Germaniam irrepfit. Non tantum enim ex faeculo XIII exemplum donationis propter nuptias in pactis dotalibus filii RVDOLPHI *Habsburgici* et filiae OTTOCARI *Bohemiae Regis* a. CIOCCXXXVIII. confectis ipse HEINECCIUS adfert *d)*, sed varia alia plane similia ex eodem faeculo cum multis lautiorum dotium inter illustres iam faeculo XI constitutarum exemplis KOPPIVS *e)* et STRVBENIVS *f)* proferunt, qui vterque quoque egregie de hac ipsa iurium peregrinorum et domesticorum confusione exponit, vt plane otium nobis faciant. Id tamen obseruare licebit, accidisse hac quoque in re, quod in multis aliis iuris nostri locis et capitibus factum est, vt scilicet iura romana, non qualia vere erant, quis enim, in ista glossatorum barbarie tantaque eruditionis, inprimis historiae antiquitatisque, caligine, recte ea interpretari poterat? sed qualia mente sibi fingebant doctores, institutis domesticis accommodarent et intexerent. Quare saepissime Icti illorum temporum non iura romana, quae ipsi ignorabant, sed figmenta sua fabulasque, quas pro iure romano venditabant, legibus consuetudinibusque patriis adfuebant. Ita hanc iurium mixturam aperte loquuntur capitularia CAROLI M. et LVDOVICI PII, in quibus sancitur *g)*: *nullum sine dote coniugium*, quod itidem *Lex Wisigothorum* continet *h)*, quae manifeste quoque testatur illam ipsorum iurium domesticorum per peregrina expulsionem. Nam postquam constitutum ibi erat *i)*: *ne quis amplius in puellae vel mulieris nomine dotis titulo conferat vel conscribat,*

d) ibidem §. 6. pag. 581.

benstunden Tom. V. pag. 273. 599.

e) *Von Verwidmung der Lehngeuer ohne Lehnerrlichen und Agnaten Consens* §. 7. in den Proben des deutschen Lehnrechts P. I. p. 208. 599.

g) Lib. VI. cap. 133. apud GEORGISCH pag. 1536.

f) vom Ursprung des deutsch. Wirtums oder Leibged. §. 2. 3. in den Ne-

h) Lib. III. Tit. I. §. 9. apud GEORG. p. 1922.

i) Lib. III. Tit. I. §. 5. *ibid.* p. 1919.



bat, quam quod decimam partem rerum suarum esse consiterit, id quod de dote maritali veteri intelligendum, deinceps subiungitur: *Nec erit ultra licitum puellae parentibus, seu etiam puellae vel mulieri plus quidquam petere, vel in suo nomine conscribendum optare, nisi quantum nunc legis huius institutio continet. Aut si forte, iuxta quod et legibus Romanis recolimus fuisse decretum, tantum puella vel mulier de suis rebus sponso dare elegerit, quantum sibi ipsa dari poposcerit.* Glossator quoque *Speculi Saxonici* disertè: *die dritte Gabe* inquit ^{l)}, *heisset man das Leibgeding, das ist, donatio propter nuptias.* Cum lucro dotis autem, quod moribus Germaniae obtinuit, praeter multos alios, quos nominat *Cl. SAMMET* ^{m)}, *HEINECCIUS* ⁿ⁾ quoque ὑπόβολου confundere non dubitavit. Id maxime notandum, ab his temporibus sensim magis inualuisse, vt dotalitium in compensationem dotis muliebris constitueretur. Quemadmodum autem non nego, hanc ipsam compensationem dotis factam esse ideo, vt viduae compararentur lautiora alimenta, ita nec hoc in omni dotalitio factum esse contendo, quin potius scio, semper mansisse, ex vetustissimis Germanorum institutis, veram dotem mariti. Sunt autem procul dubio ex illa compensandae dotis per dotalitium idea nomina illa: *Wiederlage, Wiederlegung, Gegenvermaechtniß* profecta, et parum abest, quin mihi persuasum habeam, ipsum *dotalitii* nomen ex dote hac ratione compensanda natum esse, quod insignem veri speciem ex eo quoque accipere mihi videtur, quod *HEINECCIUS* ex *GVNDLINGIO* obseruat ^{o)}, dotalitii vocabulum Gallis, Anglis, Belgis, Italis multo ante auditum, demum saeculo XII sub *Hohenstauffis*,
Ger-

l) ad I. P. S. Lib. I, art. 20

n) in elem. iur. germ. Tom. I, Lib. I.

m) in dissert. inaug. de hypobolo §. I. §. 246.
in opusc. pag. 8.

o) ibid. §. 245.



Germanis innotuisse p). Ipse ille GVNDLINGIVS quoque annotavit q), IOANNEM DE IANVA, de quo constat, ut ait, eum ordinis S. Dominici monachum exstitisse, ac saeculo XIII florentem, inter Grammaticos nomen habuisse, in Catholico dotalitium hocce dotis pretium seu pensationem nominare. Quare, licet non ignorem suam huius vocis a gallico: *doüaire*, derivationem, cuius ipse supra mentionem feci r), tamen nescio, an non hoc *εἴρημον* magis congruum sit, sicuti et id in medio relinquo, vtrum Germanorum *wedeme*, et quae huic sunt similia, a *widmen bewidmen*, an potius a *wetten* antiqua voce, quae coniungere, matrimonio iungere denotat, deriuandum sit, uti vult et eleganter exponit KOPPIVS s). Neque vero secundum ea, quibus mentem meam explicui, in me quidquam valebunt, quae contra eos disputat GVNDLINGIVS, qui *vitalitium* seu *vidualitium* a *dotalitio* seiungere volunt t), quum suo modo seiungenda omnino haec sint.

§. VII.

Lucrum dotis finitur.

Quae quidem ne quis existimet, a nobis ex more eorum, qui in huius generis libellis conscribendis omnia, quae in elementariis libris legunt, congerere solent, copiosius, quam opus erat, exposita esse, quia nunc demum ad lucrum dotis finiendum accedimus. Adparebit enim, iam ex iis, quae praemisimus, quasi ex fonte, quae ad rem nostram pertinent, prono alueo promanare. Est autem Lucrum dotis, quod et augmen-

p) inuenies haec apud GVNDLINGIVM in libro de *emione vxorum, dote et morgengaba cap. 2. §. 20. p. m. 52.* quem locum minus recte nominauit HEINECCIUS.

q) *ibid.* §. 17. p. m. 50.

r) in §. III. p. 10.

s) loco, quem diximus supra sub lit. e, ibique §. 2. pag. 189.

t) in saepius nominato libello c. 2.

§. 21. p. 53.



mentum dotis a), germanice *die Verbeſerung, Beſerung*, dici ſolet, vt plane curate illud finiamus, nec, in quo ſaepius in finiendo peccari ſolet, quidquam quaſi certum adſumamus, de quo inter doctores diſputatur, et contentio eſt, nihil aliud, quam certa pecunia, quae vxori dotem repetenti quaſi incrementum eius ex bonis mariti, conceditur. Hanc primam et generalem lucro dotis ineſſe notionem, nemo, puto, dubitabit, nedum negabit, qui eſt aliquantum harum rerum peritus. Et videtur ea, niſi egregie fallimur, adeo ipſi nomini conuenire, vt ad firmandam eam, praeter ipſam verborum vim et poteſtatem nil opus ſit. Sed quum adeo generaliter, quod fieri omnino debebat, id definiuimus, opus omnino erit, vt de non nullis, quae pertinent ad explicandam recteque et intelligendam, et adplicandam ſinitionem noſtram maxime ad id, de quo poſitiſſimum quaerimus, paullo curatius, quantum pro breuitate, cui ſtudemus fieri poteſt, exponamus.

§. VIII.

Vbinam id obtineat.

Obtinere hoc licrum dotis non tantum in terris patriis *Meclenburgicis*, id quod et leges noſtrae, quae eius mentionem faciunt a), et doctores,

a) Hac denominatione vtitur inter ſich auch oeftermals pag. 31. edit. legal. alios HEINECCIUS in *elem. iur. germ. in Reuerſalibus de a. 1621. art. 28. in L. I. §. 246. 249. 260.* et COTHMAN-Ordinat. Dicasterii aul. et prouinc. de NVS Vol. I. Reſp. 50. n. 69. quod ne a. 1622. Part. 2 Tit. 45. §. Und wann confundatur cum incremento, quod ipſi der Schuldner, in ordinat. Cancellar. doti ex parte vxoris adicitur, vt dos quae rum Guſtrovii erat, de anno 1669. haec augeatur, et in iure romano nomi- P. 2. Tit. 46. §. 5. quae poſtrema loca ne augmenti dotis inſigniri ſolet, dili- plane inter ſe conueniunt. Variorum, genter monet *ibid. n. 6 — 21.* quae exſtant periculorum iuris feodalis

a) Inuenies eius mentionem factam in meclenburgici, quippe legis auctoritate *Ordinat. prouinciat. et polit. meclenb. de a. 1752. Tit. von Erbschaften §. Als* deſtitutorum commemoracionem ſtudio omittimus.



res, qui de eo expofuerunt ^{b)}, testantur, et quotidianus vsus ^{c)} neminem in patria verfantem dubitare fuit, verum quoque pro infigni, quae inter vicinarum *Pomeraniae* et *Marchiae* patriaeque iura obtinet, fimilitudine ^{d)}, in *Pomerania* vtraque, tam orientali, quam occidentali, et infula *Rugiae*

b) huc referendi funt praeter THOM. INDEMANN, qui tamen in *Exercit. feudal. Roff. 1622. editis Exerc. 2. cap. 5. §. 37. pag. 48. exer. fq.* illius tantum sub nomine *meliorationis* breuiffime mentionem facit, TORNOV. in *Tract. de feudis meclenburg. P. I. c. 3. fecl. 2. §. 30. pag. 490 — §. 37. pag. 497.* FRIDER. GOTTLIEB STRVII *diff. de lucro dotis eiusque priuilegio in concurfu creditorum, von der Heyraths-guetlichen Verbefserung, Respondente IOAN. CHRIST. FLAHT, Suerinenfi Megapolitano, quem et auctorem infcriptio indicat Kilonii 1726. habita.* CHRIST. MATTH. SCHAVMKELL *diff. inaug. de femina meclenburgica Praefide ERN. IO. FRID. MANZELIO Roff. 1738. habita.* CAROL. HENR. MOELLER *in prim. lin. vsus pracl. diftinct. feudal. cap. 21. diftinct. 6. p. 487 fq.* HENRICVS quoque NETTELBLADT, qui ornauit olim patriam vrbe[m], cuius clauum tenuit, in eleganti libello, quem *de dotalitio e legibus et moribus Germanorum fpeciatim Megapolenfium a. 1746.* quafi fecundum fpecimen *de vidua nobili me-*

clenburgica, de qua, *praecipue de portio- ne viduarum nobilium in Megapoli ftatutaria* ipfius difsertatio inauguralis, *Gryphiae a. 1738.* defenfa, infcripta erat, edidit, paffim quidem luci dotis fecit mentionem, neque tamen fidem, quam in eodem *Secl. II. §. 18. pag. 25.* dedit, de fingulariter pertractando hoc iuris noftri loco in *tertio*, quod meditat[us] e[st], *fpecimine* de vidua nobili meclenburgica, liberauit.

c) Quem testantur refponfa et fententiae de hac re apud COTHMANNVM paffim, SCHARFIVM *confult. 82. in f. p. 438 fqq.* in primis autem in D. MANTZELII *flectis inuid. roftock. et iure meclenb. illustr.* obuia.

d) Quam conuenientiam TORNOVIVS in fingulis fere capitibus iuris feodalis obferuauit, generatim quoque notauit in *praefat. ad tract. de feud. Mecl. p. 12.* vbi ad illuftranda explicandaque iura patria, iura feodalia pomeranica et marchica in fubfidium vocari vult, item *P. I. c. 2. S. I. §. 19. pag. 161.* vbi MEVII testimonium ex eius *Confil. 44. n. 128.* profert. His testibus accedit

D

MOEL-



Rugiae e) vt et in *Noua Marchia* f) vsu seruari, HEINECCIUS g) et omnes fere, qui de hoc iure editis libris scripserunt, dudum obseruarunt, sed quod doctissimo PVFENDORFIO auctore primum referente adcepimus, h) dein quoque ipso iuris codice ab eo edito i) certissime edocti sumus, esse id etiam in terris *Bremensibus* receptum l), nullibi ab aliis obseruatum legimus, id quod eo magis tamen notari omni cura meretur, quum etiam in anno, quem dicunt, gratiae, viduae concessio, sit huius iuris bremensis et reliquarum prouinciarum, quas nominauimus, excepta tamen patria, vbi is non obtinet, m) conuenientia, quam notauit Cl. SEL-

CHO-

MOELLER in *spec. I. commentationis succinctae de vsu pract. distinct. feud. dist.* 9. pag. 33. et not. r. pag. 35. iuncta not. aa. ad *dist. I.* pag. 9. in fine sqq.

e) Vid. Cl. AVG. DE BALTHASAR *disp. de iuribus viduarum nobil. pomeran.* CHRIST. NICOL. HELWIG *diff. inaug. Praef. IOA. ZACH. HARTMANN habita differentiarum iuris pomeranici et prouincialis rugiani specimen exponens Kil. 1730. Sect. 4. post. 50.*

f) quod auctore STRYCKIO in *Diff. 4. de Success. ab intestato c. 2. §. ult.* adferunt TORNÖV. l. c. §. 30. p. 490. et STRVV. de *lucro dotis tb. 8. p. 7.*

g) in *elem. iur. germ. Lib. I. §. 260.*

h) Vid. PVFENDORF *obseruat. iur. vniuers. Tom. II. obs. 17.*

i) In *appendice statutor. et iurium Tom. IV. obseruation. adiecta sub n. I. p. 4 — 39. dedit; des Herzogthums*

Bremen Ritter-Recht von dem ehemaligen Bremischen Herrn Erzbischoffe Henrico im Jahr 1577. gnaedigst bestaetigt, jetzo aber von neuen reuidirt, erleuertz, vermehrt und von Ihrer Koenigl. Maj. Georg II. — confirmirt (a. 1738) edit. *Stadae 1739.*

l) Vid. *cit. Ritter-Recht Tit. 4. §. 3. et Tit. 5. per tot.*

m) Vid. TORNÖV. l. c. §. 43. p. 508. HENR. NETTELBLADT *differt. inaug. de vidua nob. meclenb. §. 31. MOELLER in prim. lin. et pract. distinct. feud. c. 21. dist. 6. pag. 490 extr. sq. GERDES in der vierten Sammlung meclenb. Urkunden. p. 348 sq. Ambo priores disputant aduersus huius iuris adferentem in periculo husano iuris feudalis meclenburgici obuiam, cuius verba, tantum non plane eadem, eundem tamen sensum referentia, recitant, TORNÖVIVS quidem*



CHOVIUS *n*). Sed idem quoque *Cl. PVFENDORFIVS o*), auctore
CHRIST. GODOFREDO HOFFMANNO *p*) tradit, in *Veteri Marchia,*
Prignitia, Media et Vekerana Marchia, item *Beefscowiensi* et *Storko-*
uiensi circulis, hoc lucrum dotis obtinere, sicuti in ducatu *Cromensi* et
Weichbildis Sommerfeld et *Zullichau,* item in *Weichbildo Cobbusiensi*
commodum hoc doti plane aequale in vfu esse, eiusdem HOFFMANNI
fide *q*) refert. Neque id omittendum est, quod idem doctissimus vir,
pro

quidem sub denominatione *Tit. XXVIII,* cauere voluisse ne ab his ad filiarum vtu-
cuius numerum vno minorem indicat
NETTELBLADT, Ego vero verba illa,
ab istis recitata neque inueni apud GER-
DESIVM, qui *husanum* illud *pericul-*
um dedit in *der ersten Sammlung,* vbi hoc
caput inuenies *pag. 48.* numero XXVtum,
neque in *MSCpto* exemplo, quod mecum
communicauit PRAESES, cuiusque men-
tio facta est in PEITZNERI *dissert.*
inaug. eodem PRAES. habita anno su-
periori de iure *fructuum, inprimis post*
Augustum maturefcentium in separatione
feodi ab allodio §. 28. not. o. pag. 116. in
quo hoc caput est loco secundo et vice-
simo positum. Quamuis autem in addi-
tamento, quod GERDESIVS *pag. 349.*
dedit ad caput XVII huius periculi,
ex eo, quod ibidem virginum vsufructu-
ariarum heredibus expresse denegatur
annus gratiae, suspicio non leuis oriri
posset, HVSANVM hoc emolumentum
vasallorum viduis adsignasse, et hoc loco

fructuariarum heredes argumentum du-
ceretur, maiorem tamen videtur habere
veri speciem, et additamentum illud *Ger-*
desianum et locum illum a TORNOVIO
et NETTELBLADTIO exscriptum, spu-
rias esse interpolationes. Plane enim
haec non conveniunt cum insigni HVSAN-
NI morum patriorum peritia. Caeter-
rum notemus, in *meuiano* periculo, pe-
rinde vt in *corbmanniano,* anni gra-
tiae nullam plane mentionem esse factam,
in *mantzeliano* vero *Tit. XII. §. Die-*
fennach etc. eundem expresse reiectum
et reprobatum esse.

n) in *elem. iur. germ. priu. §. 464.*

o) in *Tom. II, obseru. iur. vniuers.*
obsf. 17. §. I.

p) in *Dissert. ad constitutionem IOA-*
CHIMI I. Electoris de successioneibus p.
45. §. 12. quae ad manus mihi non est.

q) *ibid. p. 46.*



pro vberissima, qua in omni iurisprudencia callet, eruditione, alio loco ^{r)} ex ipsis Iudaeorum libris ^{s)} obseruauit, obtinere hoc quoque israeliticae gentis moribus, vt soluto matrimonio dos vxori dimidia parte aucta restituitur.

§. VIII.

De huius lucri origine quaeritur.

Questionem autem illam: vbinam hoc lucrum dotis in vsu sit? ideo praecipue tetigimus, quia haec proxime ducit ad alteram illam, qua de huius iuris origine quaeritur. Quando enim adparet, ius quoddam non communiter per totam Germaniam, sed in terris quibusdam specialiter tantum obtinere, quis quaeso non quaereret, vndenam illud natum sit. Potest autem de lucri dotis origine non vna ratione quaeri. Ipsa enim *origo*, quam indagare studeo, aut *philosophica* est, quae spectat ad id, quod effecit, vt hoc emolumentum viduarum constituatur, et ad id, quod constituto huius iure constituentes intenderunt, aut *historica*, quae pertinet ad tempus huius constitutionis. Sed quum commune hoc ius vidimus variis prouinciis et terris Germaniae esse, alia ratione vel *communes* origines huius iuris anquiruntur, vel *speciales* singularum prouinciarum. Ita ex communiione bonorum inter coniuges, extraneos quosdam ICTos hoc lucrum dotis, vt reliqua viduarum in patria emolumenta, deriuare voluisse in rationibus sententiae, quam inopinatam dicit, MANTZELIVS ^{a)} obseruauit et recte reiecit. *Cl.* quoque AVGVSTINVS DE BALTHASAR in communiter fere apud gentes germanicas ex hac ipsa con-

^{r)} Tom. IV. obs. 157. §. 1.

^{s)} *Mischnab* in libro Chrusoth cap. 6. m. 3. et 4.

^{a)} in iure meclenb illustr. Cent. 5. iud. 22. nr. 2. 3. pag. 261. Add. idem de ICTis extraneis in iure meclenb. errantibus Sect. 3. §. 9. pag. 44.

connubiali communione orta consuetudine, viduis ex bonis mariti certam partem, iure vel ususfructus vel proprietatis tribuendi, prima stamina tam augmenti dotis, quam portionis statutariae viduarum quaerit *b*), quod quidem facilius respectu portionis statutariae, quam intuitu huius lucri darem. Sicuti enim ipsa dotis restitutio communioni illi quodammodo repugnare videtur, ita incrementum, quod doti restituendae adicitur, plane eidem contrarium videtur, quum communionis ea vis sit, ut omnia bona confundat. Nimis quoque generalis videtur nimiumque remota haec huius lucri origo. Nam quum in paucis tantum prouinciis obtineat et specialiter ad dotem referatur, haec eidem minus conuenire videntur. Omnino quoque contrarium videtur communionis illius naturae, quod vxori illud tantum proprium sit, nec in allodiis, sed in feodis tantum, in his et vicinis terris obtineat. Rectius igitur ex ipso feodorum iure hoc, cum reliquis vxorum emolumentis deriuandum videtur cum Ictis patriis *c*). In hanc partem inclinare etiam videtur FRIDERICVS GOTTLIB STRVVIVS, qui intuitu *Pomeraniae*, MEVIUM ducem *d*) sequutus, ex natura feodorum oblatorum hoc lucrum dotis deducere studet *e*), quae ipsa tamen origo et incerta dubiaque videtur, quum vix quidquam ex hac feodorum distinctione, quod differentiam iurium constituat, deriuetur *f*), et, etiamsi vera esset, nimis tamen generalis, nec

b) in PHIL. EHRENFR. GERDESII *diff. inaug. de iuribus viduarum nobilium in feudis Pomeraniae citerioris* Cap. 3. §. 2. not. 2. pag. 67.

c) apud MANTZELIUM *in iure mecl. illustr. Cent. IV. ind. 1. nr. 17.*

d) in *Part. VI. decis. 241. nr. 12. § 44.* Cui loco a STRVVIO nominato addi meretur alius, scil. *Part. VII. dec. 129. nr. 5.*

e) in FLAHTII *differt. inaug. de lucro dotis eiusque priuileg. in concursu creditor. th. 9. p. 8.*

f) Egrege et ex instituto id nuper docuit, *Perill. DAVID NETTELBLADT, Praeceptor ad cineres colendus, cum resp. IVST. CHRISTOPH. BOEHMER in diff. inaug. de iuribus et obligationibus ex feodorum oblatione descendentibus cap. 2. per tot.*



fatis adaequata est, quum in aliis quoque prouinciis, quorum feoda oblata esse certo adfirmari non potest, idem obtineat. Ita in terris meclenburgicis ipse STRVVIVS feoda oblata esse negat g), de qua re multae sunt doctorum virorum dissensiones b), lucri dotis originem autem admodum fluctuante, certe nimis itidem generaliter ex eo deriuat, quod *credibile putat, hoc viduarum solatium, cum colonia Germanorum ab Henrico Leone ex Guesphalia, Franconia et praecipue Saxonia a. cdo CLXXXI in regiones meclenburgicas inducda transisse, et initio moribus receptum, postea lege publica prouinciali confirmatum esse i)*. TORNOVIVS quoque *meuiana* huius lucri ex natura feodorum oblato- rum deriuatio, *apud nos*, ait, l) *in nudis saltim praesumptionis terminis versatur*. Quare adquiescit, in proxima, quam vocat, huius lucri causa, inueteratae consuetudini, per Reuersales aut ius statutarium confirmatae adscribenda. Ad philosophicam autem originem huius lucri, maxime in his terris, pertinere videntur, quae D. MANTZELIVS et proprio nomine m), et interpret collegii ICTorum patriorum n), cui intererat, de

g) *in diss. FLAHTII*, quam modo sub lit. c. nominauimus *thes. 10.* 4. iud. 2. p. 185. vbi ita scribit: *Und so schreibt es (scil. lucrum dotis) sich ur-*

b) Ne multi simus in re non ignota, vnicum nominabimus instar *nomina-*ndum *MOELLERVM in prim. lin. vs. pract. distinct. feud. cap. 4. dist. 8. p. 146. sq.* vbi multos alios nominat. *Adde eiusdem specimen I. vs. pract. dist. feud. cap. 1. dist. I. pag. 3.* *spruenglich daber, daß die Lebngueter durch den eingebrachten Ebeschatz iuxta praesumptionem iuris merklich verbes- sert werden, und bat man den adelichen Frauen diese Verbesse- rung als eine ge- ferzliche Erkentlichkeit allerding- s auf alle Faelle accordirt.*

i) locum, vbi haec scribit, laudaui sub lit. g. n) Ibid. Cent. 4. iud. 1. p. 184. vbi ur. 17. haec habet: *Der Grund (scilicet omnium emolumentorum viduarum in Megapoli) ist in dem durch die guten Heirathen abgezielten Flor der Lehns-*

l) *in Tract. de feud. meclenb. P. I. cap. 3. Sect. 2. §. 32. pag. 492.*
 m) Vid. *ius meclenb. illustr. Cent.* *fami-*



dotis in feodum versione ipsa iuris praesumptione stabilita, hacque ratione promouenda, vt et de augendo familiarum splendore, et vt extranei alligerentur, vassallis meclenburgicis filias bene dotatas in matrimonium dare, differit, ad deriuandam inde originem huius viduarum emolumentum. Et haec fere sunt, quae ab aliis de huius iuris origine disputata inueni. Ego vero, qui vna cum PRAESIDE multum de hac re acquisiui, quam ipse PRAESES huic rei ex archiuo rerum feodaliu patriarum lucem accendere frustra annisus est, ne plane ἀτύμωλος videar, proponam hic coniecturam, quam de lucri dotis origine exposuit mihi PRAESES, quamue et ipse ego lubens amplector, licet multis eam persequi et firmare, ob breuitatis studium non possim, idque ei potius relinquam, a quo illa proficiscitur, maxime, quum is hoc ipsum data occasione eo lubentius efficiet, quando propositam suam hic generaliter tantum coniecturam a viris harum rerum peritis probari, aut non plane reuici sentiet. Putat autem, ex eo tempore, quo de vidualitio ex feodis praestando cogitatum in Germania fuit, in his vicinisque terris moribus omnino primum, deinceps lege scripta, quae in his, vti aliis multis iuris feodalis capitibus, prior in Pomerania, quam in patria, existisse videtur o), constitutum fuisse, vt

familien, aller Agnaten, und zugleich von jeber in verschiedenen Landen dar-
 auch der Lebensherrschafft. et nr. 8. haec auf reflectirt, wie man, wegen der Con-
 sibiungit: In der Communion ist (scilicet seruation der adelichen Familien, denen,
 cet fundamentum emolumentorum, quae auch auswaerrigen reichen Dames es
 viduis in Megapoli competunt) auch no- angenehm machen moegte, in die Lande
 torie nicht gegruendet. Und was blei- hinein zu heirathen. Vid nostri Col-
 ber dann uebrig? Nichts, als die ratio legae Mantzelii deduction, auf was Art
 status, daß es gut sey, daß die Vasalli eine Holsteinische adeliche Fraeulein an
 durch ihre Frauen und deren Mittel die vorsichtrigsten an einen Meclenburgi-
 Lebnqueter verbessern. Daher soll auch schen Edelmann verheyrathet werden
 die Frau die sogenannte Verbesserung koenne.
 haben. — et paullo post; Man hat o) Certe in diss. inaug. PHIL. EH-

KENFR,



viduis vasallorum, his solis enim tantummodo debetur p), siue nobilibus siue ciuici ordinis q), dos semisse eius aucta regulariter quidem ex alodio r), in subsidium vero, aut si dotem ipsam ad comparandum feodum eiusue

RENER. GERDESII, Praefide AVGVSTINO DE BALTHASAR de iurib. vidualar. nobil. in feud. pomeran. citerior. c. 3. §. 2. not. 2. pag. 67. pronocatur ad publicum, vti ibi vocatur et antiquissimum documentum Recessum Wollinensem, alias speciali nomine: Die Erklärung der ritterschafelichen Priuilegiurum dictum de a. 1569. §. Diweil aber.

p) hoc firmiter sustinent Icti patrii in Responso, cuius mentionem feci, a D. MANTZELIO in iure meclenb. illustr. Cent. 4. iud. I. edito, vbi nr. 17. pag. 184. proxime ante illa verba, quae primo loco dedimus sub lit. n, haec leguntur: Allein wir muessen rein heraus sagen, daß es schlechterdings aus dem Lehnrechte sey, und daß bey unsern Adelichen, wenn die Maenner keine Lebqueter hinterlassen, die Wittwen ueberall nichts gewinnen koennen, et nr. 18. post priora verba, quae ex hoc numero sub lit. n, exscriptimus, ita pergit de lucro dotis: Dergleichen ebnermaassen bey einer Wittwe, deren Mann in der Sterb-Stunde kein Lehnmann war, ein non - ens wird. Welcher Satz unsern obigen bestaerket, immaassen die

Policey-Ordnung, wie es die letzte Worte von den Lebensfaceln zu verstehen. nur allein von Lebensfaceln zu verstehen. Conf. Responso Facultatis an die von Pecatel, von Kettelhødt und andere adeliche Geschlechter.

q) Quum enim ciuici ordinis homines in patria quoque ad feoda admittuntur, dubitandum non est, quin et viduis eorum, qui feoda possident, eadem emolumenta debeantur, quae viduis nobilium feodorum possessorum competunt, quod et praxin nostram constanter seruare scimus, sicuti hoc de filiabus eorum ab usufructu feodorum non excludendis nuper docuit PRAESES in ERNEST. IOAN. FRID. MANTZELII diff. inaug. de arboribus in feodo secundum §. CCCVII. Transact. prouincialis meclenburgicae a feminis fructuariis non caedendis §. 2. n. 4. pag. 16. sqq.

r) Vid. MOELLER in prim. lin. v. pract. distinct. feud. cap. 21. dist. 6. pag. 487. n. 2. ibique allegati doctores. Id quod vsu fori seruari quoque, adparebit ex sententia de a. 1603. quam seruauit nobis MANTZELIUS in iure mecl. illustr. Cent. I. iud. 43. pag. 21. quam eandem



eiusus pertinentias adhibitam esse constaret s), ex ipso feodo restitueretur, idque emolumentum ad imitationem donationis romanae propter nuptias, prouti illam doctores sibi fingebant t), tanquam legale constitutum esse, tam ut viduis hac ratione prospiceretur, quam ne nimium sit, quod viduae ex feodo cum detrimento eorum, ad quos feodum pertinet, caperent v).

§. X.

Curatius describuntur fines lucri dotis inprimis de iure meclenburgico.

VI Ut ergo paullo curatius fines limitesque huius lucri dotis, idque brevissime et paucissimis, maxime quantum opus est ad nostram quaestionem

candem quoque inuenies in *select. iurid. rostock. fasc. III. spec. XVI. adfert. II. pag. 115.* cui, si lubet, aliam sententiam eiusdem tenoris de a. 1612. iungere poteris ex *select. iurid. rostock. fasc. II. spec. XXVI. qu. 3. p. 202.* Digna quoque est, quae hic commemoretur, species, cuius mentionem fecit MEYVS in *comment. ad ius lub. lib. II. tit. II. art. 12. nr. 312. seq. pag. 373. editionis SCHOEFFII.* Ibi enim refert de vidua nobilis cuiusdam in Megapoli feoda possidentis, sed *Guestronii* commorantis non tantum, verum quoque ibi in catalogum civium adscripti, quae mortuo marito ex bonis feodalibus lucrum dotis, et ex allodialibus sub iurisdictione civitatis sitis secundum ius municipale dimidiam partem exegit. Et respondit Ordo Ictorum Gryphicorum, contra he-

redes lucrum dotis denegantes, pro vidua, utrumque eidem debere. Dissentit tamen STRVIVS cum FLAHTIO de *lucro dotis th. 15. pag. 17.*

s) Quod adducta re iudicata firmavit ALBERT. GEORG. SCHWARTZ in *dem Versuch einer Pommerisch- und Ruegianschen Lehn-Historie P. 2. c. 5. pag. 1064 not. t.*

t) Egregie id firmare videntur verba BARNIMI in *Resolut. de a. c. 10. Cl. d. 12. Febr. §. Hiebey*, quae ex *Cl. BALTHASARIS et GERDESII diff. de iurib. viduar. nobil. in feud. pomeran. cit. c. 3. §. 2. n. 4. pag. 68.* hic quoque exseribere liceat: *Nachdem aber die Besserung in locum antenuptialis donationis in diesen Landen gekommen.*

v) Vid. STRVIVII et FLAHTII *diff. de lucro dotis th. 6. pag. 5.*



nem diiudicandam, describamus, paucis enuntiationibus, quae potissimum ad rem nostram pertinere videntur, comprehendamus, ea sequuturi, quae supra de dotalitio, eiusque variis formis exposuimus *a)*). Est lucrum dotis I species *dotalitii*, et II eius quidem, quod respectu *dotis*, inque eius *compensationem* debetur, ideoque III adeo necessaria est probatio illationis dotis, ut absque ea augmentum hoc peti plane non possit *b)*), versionis vero probatio non requiratur *c)*), nisi simpliciter ex feodo, relicto allodio, ex quo alias regulariter, et in subsidium demum ex feodo praestandum est *d)*), petatur *e)*). Quatenus vero ex feodo praestandum est,

IV

a) Vid. supra §. II.

b) Ita vnanimiter ICTI nostri, veluti
 TORN OV. l. c. §. 32. p. 492. COTEMANN
 vol. II. resp. 92. nr. 25. STRVVI ET
 FLAHTII *dissert. inaug. all. th. 14.*
 MEV. P. V. *decis. 62.* SCHAVMKELL
de fem. mecl. c. 2. §. 18. DE BALTHA-
 SAR ET GERDESII *diff. inaug. all. cap.*
 3. §. 3. *pag. 68.* et ita sexcenties in patria
 iudicatum est, vid. *ius meclenburg.*
illustr. cent. I. iud. 13. ab initio, 20, 40,
 quod responsum iterum legitur in *cent.*
III. iud. 40. vt et in select. iurid. rostock.
fasc. III. spec. 6. qu. 1. Adde *cent. II.*
iud. 25. III, 81. IIII, 47. Quare dote
 cauta, sed non numerata, id omnino dene-
 gandum est. Vid. DE BALTHASAR l. c. *not.*
 2. *pag. 70.* Aliud tamen dispositum est
 in *dem Bremisben Rirter. Recht Tit. 5.*
 §. 1. apud PUFENDORFIVM in *adpend.*
Tom. III. obseruat. iur. pag. 22. verbis:
eder auch sonst mit seinem guten willen

unbezahlt geliebet. Neque quod iure
 laxonico singulariter dispositum est, vt
 viduae soluto matrimonio liceat offerre
 dotem cum vsuris, huc transferendum
 est, vti recte docet DE BALTHASAR
 l. c. *not. 8. pag. 71. sq. ibique all. DD.*

c) TORN OV. et STRVV. l. l. c. c.
 SCHARFF in *consultat. iur. consil.*
 82. nr. 121. *ius meclenb. illustr. cent.*
 III. *iud. 2. nr. 6.* SCHAVMKELL *diff.*
inaug. de femina mecl. c. 2. §. 14. verba
final Responsi ICTOR. Rostoch. ibi
 allati.

d) Quod, praeter Doctores ad §. prae-
 ced. sub. lit. r. nominatos, firmat quo-
 que intuitu terrarum bremensium PUF-
 ENDORFIVS *Tom. III. observ. 124.*
 vbi MEVIUM quoque ENGELBRECH-
 TIVM et KRESSIVM nominat, idem de
 feodis pomeranicis adferentes, de quibus
 omnino qua hanc quaestionem legi me-
 retur



IV solutionis eius obligatio non tantum successoribus feudalibus, sed etiam ipsi domino directo, quatenus feudum ad eum deuoluitur, incumbit f). Est porro V hoc lucrum in patria legitimum et ipso iure debitum, ut pacto id constituere opus non sit, quin potius VI est surrogatum dotalitii pacto constituti g), quo mores legesque viduis, quibus pactis dotalibus prouisum non est, sapientissime prospexere, ideoque VII rite constituto pactis dotalitio, viduae competit electio, utrum hoc, an legitimum dotis lucrum eligere malit, electoque dotalitio pactitio cessat quidem lucrum dotis h), quod in terris bremenensibus fecus est i), sed salua tamen manet dotis restitutio l), nisi expresse ita constitutum sit, ut dotem absorbeat, neque amittit ideo vidua reliqua commoda legalia,

vt

retur de BALTHASAR l. c. cap. 3. §. 9. pag. 82. sq. variam praxin referens. Dissentit tamen STRVVIVS cum FLAHTIO l. c. rb. 15. pag. 17. Fluctuarunt quoque nobiles patrii olim de hac re ab VLTRICO Duce interrogati. Vid. GERDESII 2 Sammlung mecklenb. Urkund. pag. 81. quaest. 9. cum responsione ad eandem ibid. pag. 89.

e) Vid. §. praeced. not. lit. s. et adde TORNOV. l. c. §. 32. pag. 493. ut et DE BALTHASAR loco, quem modo dixi.

f) Ita responderunt ICTi patrii a. 1599. apud MANTZELIVM in iur. mecl. illustr. cent. I. iud. 12. et in select. iurid. röstoch. fasc. I. spec. 14. qu.

4. vbi idem, quod quoque sed sub denominatione anni 1609, quod puto operarum errore factum esse, repetitum est in iur. mecl. illustr. cent. III. iud. 64. Adde DE BALTHASAR de iur. vid. nob. c. 3. §. 3. p. 68.

g) Vid. ius mecl. illustr. cent. II. iud. 23. TORNOV. l. c. §. 30. pag. 490 sq.

h) TORNOV. l. c. §. 27. pag. 488. STRVV. l. c. rb. 28. DE BALTHASAR l. c. §. 5. pag. 73.

i) Vid. Brem. Ritter-Recht. Tit. 5. §. I.

l) Vid. ius mecl. illustr. cent. II. iud. 23. vbi de hac re disputatum fuit inter COTHMANNVM et LINDEMANNVM.



vt puta portionem statutariam *m*). VIII Dotalitio autem non valide constituto, ideoque cessante, integrum nihilominus viduae manet ius petendi lucrum dotis *n*). Sed VIII hoc lucrum quoque dotis non esse ex numero earum dotalitii formarum, quae dotem absorbent, ex eo satis adparet, quod leges moresque id vna cum dote praestari iubeant *o*). Finita quoque X moribus est quantitas huius lucri, vt quidem in patria ea sit dimidia pars dotis *p*), quae quantitas quoque in Noua-Marchia *q*), vtraque Pomerania et Rugia obtinet *r*), licet in hac et Pomerania orientali ob de-

nomi-

m) Responsum illud, cuius modo mentionem feci in nota praeced. contrarium quidem continet, sed et tum de hac re quoque dissentit LINDEMANNVS, et plane aliter inque nostram sententiam responsum est a. 1595, dissentiente tamen tum temporis CAMERARIO vid. *ius mecl. ill. cent. I. iud. 21. aut cent. III. iud. 82. aut select. iur. vid. rosl. fasc. I. sp. 32. qu. 3.* vbi idem legitur. Caeterum MATTH. STEIN in dissent. de eo quod iuris est circa portionem coniugis statutariam in Pomerania orientali §. 25. dissentire quidem a nobis videtur, sed ex legibus ab ipso adductis aperte constat, illum confudisse portionem statutariam cum lucro dotis.

n) Ita terse responsum a ICtis patriis a. 1609, vid. *ius mecl. illustr. cent. III. iud. 51. et a. 1612, ibidem cent. I. iud. 15. et in select. iur. rosl. fasc. II. spec. 26. qu. 3.* vbi idem responsum legitur.

o) vid. *ordinat. provincial. et polir. de a. 1572. tit. von Erbschafften §. Danie*

nun hinzuero. verbis final. Und das ibre Kinder der andern Ehe daran (sclit licet an der Besserung) kein Theil noch Erbschafft zu foerdern haben, sondern an der Mutter Ehesteuer beguuegig seyn sollen. Ergo dos etiam restituta esse debet. Add. art. XXVIII. Reuerfal. de a. 1621. item arg. ord. Dicass. aul. et provinc. P. II. tit. 45. §. Und wann der Schuldner. Ibi enim statuitur, vxorem mariti bona creditoribus cedentis solam dotem tantum illatam accipere, commodi vero illius, quod ibi vocatur die landuebliche Besserung, expertem esse debere, ex quo patet, hoc commo- dum alias vna cum dote deberi.

p) Id quod omnes patrii scriptores, qui de lucro dotis exposuere, vnanimiter testantur, et vsu fori constanter seruatur, vti omnibus notum est.

q) vid. STRYK diff. IIII. de success. ab intest. c. 2. §. 20.

r) vid. PHILIPPI BALTHASAR

R 16



nominationem *des dritten Pfennigs* multi domestici adeo scriptores putarint, id constituere trientem dotis ^r), quum tamen haec denominatio perinde uti in iure bremenſi ^r), et inter Iudacos ^v), ita accipienda ſit, ut ſumma dotis et ipſius augmenti in vnam colligatur, eiusque triens intelligatur. Eundem CANGII ^x) errorem in quantitate hypoboli Graecorum notauit Cl. PVFENDORFIVS ^y). Quam quantitatem XI minui quidem pacto, non teſtamento mariti, niſi ſponte a vidua agnoſcatur, putauerim, ſed augeri eam poſſe inuitis iis, ad quos feodum ſpectat, niſi heredes mariti facti eius voluntati obtemperare debeant, omnino negandum videtur.

RIS GERDESII *diſput. de nullo et exiguo uſu donationis propter nuptias* Muenrz-Sorze, in welcher der Brautſchatz eingebracht worden, ſolche Summe wieder nehſt 1500 Rthlr. als Verbeſſerung, und dieſe gleichfalls in derſelben Muenrzſorte, worin der Brautſchatz bezahlet.

ur. II. ſy. pag. 6. ſy. AVGVST. DE BALTHASAR *diſſ. de iurib. viduar. nobil. in ſeudis Pomeraniae citerior. cap. 3. §. 6. pag. 76 ſy.*

s) In GERDESII et BALTHASARIS *diſſertationibus*, quas in nota praeced. nominauimus longo carmine recenſentur doctores, qui hunc errorem errarunt, quorum nomina et librorum titulos exſcribere non vacat. Addere tamen licebit STRVVIVM l. c. *ibef. 16.*

r) Ibi enim *tit. 5. §. 1.* vocatur hoc lucrum quoque *des dritten Theils Beſerung* et in nota authentica ſub lit b. ſubiicitur: *Iſt dem alten Herkommen nach der halbe Brautſchatz. Hat nun die Frau 3000 Rthlr. zum Brautſchatz eingebracht, ſo bekommt ſie in derjenigen*

v) Ita enim PVFENDORFIVS *rom. IIII. obſeruat. 157. §. I.* trientis augmentum, quod dicitur *Mifchnab* in libro *Chtuſorb. c. 6. m. 3. et. 4.* recte interpretatur.

x) in *gloſſario graecitatis.*

y) loco, quem dixi ſub lit. v. §. 3. Ipſe tamen vir doctiſſimus antea, KRES- SIO auctore deceptus, non vidit, eandem quoque computandi rationem in Pomerania Orientali et Rugia obtinere, quum in *rom. II. obſerv. 17. §. I. extr.* ibi lucrum dotis tertiam partem conſtituere aſſeruit.

E 3



videtur *z*). XII Iure usufructus quoque in patria tantum competit *aa*), nec XIII ad heredes viduae transmittitur, nisi liberi sint eiusdem matrimonii, in quo hoc lucrum constitutum est *bb*), quod secus est in Pomerania et Noua Marchia, vbi viduae iure proprietatis competit *cc*). Quare XIII neque solutionem sortis exigere potest, sed vsurarum solutione, praestitataque de eadem cautione datis fideiussoribus, contenta esse iubetur, sicuti ipsa, si sortem exfoliare maluerint *ii*, qui hoc lucrum praestare tenentur, de eius restitutione in euentum, si liberos ex eodem matrimonio non reliquerit, satisfacere tenetur *dd*). Denique XV cedente bonis marito, leges patriae vxori denegarunt hoc lucrum *ee*), quod quidem vsu fori non obtinet, si post mortem mariti demum creditores ob insufficientiam bonorum concurrunt,

z) Vid. TORNOV. *l. c. §. 34. pag. 494.* STRVVIVS *l. c. thes. VI. SCHAVMKELL l. c. c. 2. §. 17. DE BALTHASAR l. c. cap. 3 §. 7. pag. 79.*

aa) Vid. TORNOV. loco, quem modo dixi et §. 35. STRVVIVS *l. c. zb. 19. 20. COTHMANN vol. I. resp. 48. nr. 71. MOELLER prim. lin. vs. pract. dist. feud. c. 21. dist. 6. pag. 488. ius mecl. illustr. cent. III. iud. 27. nr. 2. vbi ex instituto haec quaestio pertractatur, quae legi quoque possunt in *select. iur. rost. fasc. I. spec. 14. qu. 5. Add. ius mecl. illustr. cent. III. iud. 47.**

bb) Ita terse dispositum est in *Ord. prov. et polit.* loco, quem diximus sub lit. o. ad quam dispositionem prouocant Equites in responsionibus ad quaestiones iuris feudalis ab VLRIKO Duce ipsi

propositas *a. 1581.* apud GERDES, *2 Samlung meclenbwig. Urkund. pag. 81. qu. 11. et pag. 85. Add. select. iur. rost. fasc. I. spec. 34. qu. 1. ius mecl. illustr. cent. III. iud. 49. et in primis SCHAVMKELL, qui l. c. c. 2. §. 16. egregie hoc explicat.*

cc) Vid. TORN. *l. c. §. 35. STRVV. l. c. zb. 20.* et, qui latius haec tractat, DE BALTHASAR *l. c. cap. 3. §. 12. pag. 88.*

dd) TORNOV. *l. c. §. 35. p. 495. STRVV. l. c. zb. 21. ius mecl. illustr. cent. III. iud. 47.*

ee) Vid. *Ordinat. Dicast. aul. et prov. p. II. Tit. 45. §. Und wenn der Schuldner*, ex qua haec totidem verbis translata leguntur in *ord. Cancell. Guesstrov. P. 2. tit. 46. §. 5.*

runt ff), vt tamen hac specie obuiente rectius viduae tribuendum videatur ius hypothecae tacitae simplicis, quam priuilegiatae cum iure praeferentiae gg), licet in Pomerania pinguior sit feminarum conditio, quippe quae lucrum dotis simpliciter etiam in concursu creditorum eodem iure, quo ipsam dotem, petunt bb).

§. XI.

ff) Vid. STRVV. l. c. §. 22. sqq. et quem hic sequutus est, TORNOV. l. c. § 36. pag. 496. Vterque tamen locum Ordinat. Dicast. aul. et prov. nec recte indicauit, nec, quod SCHAYMKELL l. c. cap. 2. §. 19. pag. 27. iam obseruauit, genuina eius verba dedit, notans, de hac quaestione acriter in foro esse disputatum, attamen viduam de Restorff et in priori et in restitutionis sententia obrinuisse, hancque sententiam firmat. Add. MOELLER l. c. pag. 489. *Ius mecl. illustr. cent. III. iud. 2.* In contrariam tamen partem quoque interdum indicatum esse apparet ex cent. II. iud. 49. et V. 18. in quibus locis viduae omnia emolumenta denegantur aduersus creditores mariti.

gg) STRVVIVS quidem l. c. tb. 23. 24. 25. totus in eo est, vt lucro dotis eadem vindicet iura, quae doti competunt, sed argumentis plane siculneis vtiur, vti recte vidit SCHAYMKELL, qui l. c. §.

29. p. 29. nostram sententiam egregie defendit.

bb) Vid. omnino DE BALTHASAR l. c. c. 3. §. 11. pag. 84. sqq. vbi quoque de dissonante in Pomerania praxi, elegantique vidit, hoc priuilegium ortum suum debere confusioi lucri dotis cum romano dotis augmento, idque ab aequitatis ratione plane esse alienum. Neque ab hac sententia me amouent, quae causarum patronus protulit, argumenta in scripto quodam iudiciali, quod exhibuit idem clariss. DE BALTHASAR in collat. iuris commun. cum iure sax. lubec. et meclenb. *Speciatim pomeranico qua classificationem creditor. in concursu, in adpend. nr. XXIII. pag. 245. sqq.* quippe quae recte quidem euincunt, locum esse lucro dotis in concursu creditorum dandum, minime vero probant iustitiam huius praeferentiae, Caeterum minus recte hanc Pomeraniae praxin in dubium vocare annisus est SCHAYMKELL l. c. p. 30.



§. XI.

Ex hac lucri dotis natura secundum ius commune deciditur quaestio proposita.

Ex his ita praestructis, quaestio, quam discutiendam proposuimus, facili negotio videtur diiudicari posse. Quamvis enim quaestio illa illustris: an dotalium secundis nuptiis expiret, sit admodum controuersa et in utramque partem inter doctissimos viros disputata, ut nemo ignoret celeberrimam hac de re inter *Cl. ESTOREM*, eam adfirmantem *a)* et *SENCKENBERGIUM*, eam negantem *b)*, contentionem, cui et alii clarissimi viri symbola sua adiecerunt, veluti *GRAMERVS c)*, *BREVNINGIVS d)*, *ZOLLERVS e)*, qui omnes *SENCKENBERGII* partes sumserunt, sicuti *HENR. NETTELBLADTVS* noster *ESTORIS* castra sequutus est *f)*, tamen his ipsis

a) Primum in *dissert. a. 1736*, edita: an dotalium cesset propter secundas nuptias, quae auctior postea prodiit a. 1742. titulo libelli de dotalio propter secundas nuptias cessante, et tertium a. 1758. eodem titulo magis aucta prodiit. Pertinet huc quoque Eiusdem dissert. respondente *SCHMID* a. 1748. habita de iuribus quibusdam viduarum mulierum equestrium ratione amittendi vitalitii, dotalitiu, item de vera notione vocis *Leibzucht*, de donatione propter nuptias, portione statutaria et adhaesione conubiali.

b) in *observatione de dotalio prioris matrimonii durantibus secundis uxorum votis iis relinquendo*, quae est

tertia in *vol. I. meditationum eius de vniuerso iure et historia Giesf. 1749* edito.

c) *Ob ein Leibgeding, so simpliciter oder pure constituirr, durch Verrueckung des Wirrenstuhls verloren gebe in Parte VIII, der Wezlarischen Nebenstunden pag. 1544.*

d) in *diss. de dotalio ob secundas nuptias non cessante Lipsf. 1754.*

e) in *exercit. iurid. an dotalium, si femina ad secunda vota transeat, expiret. Lipsf. 1766.*

f) in libello singulari de dotalio e legibus et moribus Germanorum speciatim Megapolenium *Rost. et Wism. 1748*, edito *Sect. 4. §. 58. pag. 81. 84.*



27.
3

ipsis clarissimorum virorum disceptationibus haec quaestio in tanta luce posita est, ut absque temeritatis nota de eadem iudicare possimus. Ita non negamus, ex vera et genuina dotalitii origine et causa, quae est omnino in alimentis viduae ex bonis mariti constituendis posita, id effici, ut, cessante hac per secundas nuptias causa, id dotalitium omnino expiret. Sed quamvis non in omni dotalitio ratio dotis ab vxore illatae habeatur, et omnino saepissime dotalitium absque omni dote constituatur, tamen in eo nimis progredi videntur non nulli, qui simpliciter ab omni dotalitio dotis respectum excludere volunt, quum omnino adpareat luculentissime, non nullas dotalitii formas esse in compensationem dotis illatae constitutas. Quod quidem quum in nostro lucro dotis factum esse sole meridiano clarius adpareat ex iis, quae de eius indole disputauimus, quare et retributio dotis a MEVIO g), et donatio propter dotem a COTHMANNO h), dotisque melioratio a LINDEMANNO i) vocatur, hacque ipsa ratione adpareat, illud non titulo lucratio sed oneroso deberi, uti pereleganter docuit D. SCHAYMKELL l), recte omnino media via, quam inter dissentientes elegit doctissimus DE SELCHOW m), hic quoque erit eligenda et applicanda, ideoque adferendum, propter secundas nuptias viduae lucrum dotis auferendum non esse.

§. XII.

Quod firmatur de iure meclenburgico, I. ex verbis ordinationis prouincialis et politicae.

Quam quidem philosophandi rationem egregie firmant leges patriae, quae hanc rem, uti nobis quidem videtur, extra omnem dubitationis aleam

g) Parte V. decis. 35.

h) Vol. II. resp. 92. nr. 25.

i) Exercit. feudat. cap. 5. §. 37.

l) in diff. de femina meclenb. c. 2. §. 18.

m) in elementis iuris germ. priuati

hod. §. 457.

ponunt. Primo autem loco in rem nostram adducamus verba ordinatio-
nis provincialis et politiae de a. c1010LXXII, quae in eiusdem titulo
von Erbschafften circa finem leguntur sequentem in modum:

*Als sich auch oftermals in unsern Landen Irrungen ueber den Wie-
derfall der Besserung, so einer Frauen vom Adel aus ihres verstorbenen
Manns Lehenguetern, gegen ihrem eingebrachten Ehegeldt, oder Braut-
schatz gereicht wird, zutragen.*

*Damit nun hinsuero alle Unrichtigkeit in solchen Fellen aufgehoben
sey. So ordnen Wir, das die Besserung nach der Frauen Tode,
wofern sie ohne Kinder absterbe, oder da sie gleich zur andern Ehe
geschritten, und mit ihrem andern Manne Kinder, aber keine mit dem
ersten Manne gezeuget hette, wieder dahin falle, daher sie gereicht worden
und auskommen, Und das ihre Kinder der andern Ehe daran kein
Theil noch Erbschafft zu foerdern haben, sondern an der Mutter Ehe-
steuer begnuedig sein sollen.*

Integra dedimus verba legislatoris, in gratiam eorum, quibus haec
lex patriae ad manus non est. Iam vt clarius intelligatur, quanta vis iis
infit ad firmanda ea, quae diximus, paucis ea singulatim exponamus.

Primum autem egregie in rem nostram dicit legislator, lucrum dotis
dari viduae ex feodo mariti in compensationem dotis illatae: *gegen ihrem
eingebrachten Ehegeldt oder Brautschatz.* Quae quidem compensatio-
nis necessitas ipsa lege inducta et stabilita per secundas nuptias non tollitur.

Deinde cauetur, lucrum dotis ad liberos viduae, ex secundis nuptiis
procreatos, non transmitti debere, quae quidem cautio plane inutilis foret,
si per secundas nuptias lucrum dotis amitteretur.

Quin potius porro statuitur, post mortem viduae, ad secunda vota
prope-

properantis, lucrum dotis ad eos reuerti, a quibus profectum est. Ergo fieri non potest, vt statim per secundas nuptias hoc lucrum amittat.

Denique sancitur, liberis posterioris matrimonii solam dotem tantum deberi, quod inutiliter et incassum plane dispositum foret, si vidua secundis nuptiis initis statim hoc lucro excideret, ideoque tum praeter dotem nil reliquum esset, de quo quaeri posset.

§. XIII.

II. *Ex Reuersalibus nouum argumentum adiicitur.*

Sed nouum quoque, idque luculentissimum adfertioni nostrae accedit argumentum ex iis, quae in *Reuersalibus de a. c1510 CXXI* de hac re disposita sunt hifce verbis:

Daß auch, fuers Acht und Zwanzigste, die verwittibte Edel-frauen, wenn sie zur andern Ehe schreiten, ihren einhabenden Witthumb gegen Erstattung des eingebrachten Ehegeldes, Besserung, und was dem anhaengig, dem Lehnfolger cediren und abtreten, erachten Wir den Rechten und Herkommen gemaess; Es waere dann, daß in den Heyraths- und Witthumbs-Verschreibungen, so mit Fuerslichen und vetterlichen ^{a)} Consens ausgerichtet, ein anderes versehen und enthalten; Dabey es dann billig zu lassen, jedoch soll es mit denselben der Melioration und Deterioration halber, allermaessen, wie oben im Punct von Erbiungfern disponiret, obseruirt und gehalten werden.

Primum

a) in quibusdam exemplis legitur non patris, hic sermonem esse, omnino Vaeterlichen. Sed quum ex integro legendum est: *Vetterlichen*, et ita contextu totaque verborum compage factis appareat, de consensu agnatorum, §. 25. pag. 484.

Primum autem adparet ex hac sanctione, nouissima nostra lege provinciali et fundamentali speciatim firmata *b)*, distinguī inter dotalitium seu vidualitium in feodo constitutum: *Wittum*, et lucrum dotis. Quae quidem distinctio secundum mores patriae et communem loquendi usum ita intelligenda est, vt dotalitium seu vidualitium sit voluntarium seu conuentionale, lucrum dotis vero necessarium illud et ipso iure debitum emolumentum, quo dos semisse aucta post mortem mariti viduae restituitur. Quam quidem interpretationem nostram ipsa haec verba manifeste probant, cum pactorum dotalium *der Heyraths- und Wittums-Verschreibungen* expresse in iis fiat mentio.

Deinde dubitari non potest, sermone hic esse in primis de dotalitio illo conuentionali, quod extraordinarium est in patria, et praecipue quaestionem illam decidi, an hoc dotalitium conuentionale et voluntarium in feodo constitutum secundis nuptiis finiatur, ibique, incidenter lucri dotis mentionem factam esse.

Porro constat, praecipuam illam de dotalitio conuentionali quaestionem ita decidi, vt distinguatur, vtrum expresse illud ita constitutum sit, vt etiam non obstantibus secundis nuptiis perduret, an simpliciter tantum et absque secundarum nuptiarum mentione facta. Illud si placuit, placitis conuentis standum esse adferitur, modo consensus domini directi et agnatorum interuenerit. Posterius autem si factum est, viduam ad secunda vota properantem restituere debere dotalitium quidem iis, ad quos feodum pertinet, attamen saluam ipsi manere dotem, dotisque lucrum, et reliqua, quae huc spectant, puta emolumenta legalia, ex dispositione ordinationis politicae ipsi debita. De his enim intelligi debent, si quid video, verba: *und was dem anhaengig.*

Denique

b) Vid. *transact. provincialem de a. c. 10 CCLV. art. XXII. §. 434.*

Denique definitur, quid circa impensas a vidua in dotalitium factas, et de detrimento, eidem culpa viduae allato, obtinere debeat.

Sane ergo perspicuum est, viduam in his terris propter secundas nuptias nec dotem nec lucra legalia eidem obuenientia amittere.

§. XIII.

III. Patriorum Ictorum adfensum, usumque forensem haec probare demonstratur.

Ipsis his legibus patriis inspectis, superuacaneum videri poterat, de doctorum opinionibus amplius quaerere. Sed quamuis is ego non sim, qui tantum auctoritatis doctorum opinionibus tribuat, ut legem vincere possint, aut ut ex iis legi ipsi clare loquenti aliquid maioris quasi ponderis accedere possit, tamen in iis quaestionibus, quae quotidie in foro tractantur, omnino negligenda ea non puto, quae a Ictis de legibus recte explicandis et interpretandis exposita sunt, maxime quoties dissentus quidam, aut contentio inde oritur. Quare, vel in gratiam eorum, qui saepe, non quid verum sit quaerunt, sed quid pro vero in praxi habeatur, magisque personas eorum, qui quid adferunt aut negant, quam argumenta, quibus utuntur ad firmandam opinionem suam intuentur, despiciamus paucis, quid alii imprimis domestici nostri scriptores de hac re sentiant, quidue usus fori probet. Primum autem, quasi antesignanus, prodeat ERNESTVS COTHMANNVS noster, qui disceptatione, inter matrem ad secunda vota transientem, et filium prioris matrimonii, orta de iis, quae mater iure suo recteque petere possit, ut suum cuique tribuat, respondens, postquam dotem iurissime a matre peti adfirmauerat, ita pergit ^{a)}: *Deinde mater petit dotis augmentum consuetudinarium et prouinciale, quod nostra lingua Verbesse-*

ring

a) Vol. II, resp. 71. nr. 6. sq.

rum dicimus, itemque alia, iure et consuetudine prouinciæ viduis debita, - - Quæ ipsa quoque petitio iusta est. Ita quoque in hunc sensum SCHARFIVS ^{b)} interpretatus est locum Reuerfalium, quem adduximus, et MATTHIAS IOANNES DE BEEHR ^{c)}, vt et FRIDERICVS GOTTLIEB STRVIVS cum *Respondente* IOANNE CHRISTIANO FLAHT ^{d)}. Vtraque autem sanctione prouinciali, ad firmandam hanc sententiam, scilicet tam ordinatione politiae, quam Reuerfalibus vsus est doctissimus et morum patriorum inprimis peritus D. CHRISTIANVS MATTHIAS SCHAVMKELL ^{e)}, et, cuius immortalia in rem feudalem patriam sunt merita, CAROLVS HENRICVS MOELLERVS ^{f)}, cui, qui hunc sequutus est, et ob insignem iuris patrii notitiam, ipsis domesticis ICTis adnumerari meretur, *Clarissimum* AVGVSTINVM DE BALTHASAR ^{g)} iure merito

b) Consultat. iur. LXXXII, nr. 122. *verba affectuationis, quæ adducit TORNOV de feud. mecl. l. c. § 37. ibi: Daß pag. 439. sq.*

c) Rerum meclenburgicarum lib. VIII, c. 19. pag. 1705. vbi *Restituunt tamen*, inquit, *agnati* (scilicet viduae ad secunda vota transeunti) *dotem, augmentumque eiusdem exsoluunt.*

d) Qui non tantum in *thes. 6. differt, inaug. de lucro dotis eiusque privilegio in concursu creditorum pag. 5.* *verba Reuerfalium hunc in sensum profert, vt vocem Besserung de lucro dotis intelligat, licet falso ibi nominet §. 18. Reuerfalium, verum quoque in thes. 28. pag. 28. hisce verbis dissertationem claudit: Iure denique patrio, quando vidua ad secundas nuptias transferit, amittit quidem dotalitium, verum repetitionem dotis suæ illatae augmenti habet, iuxta*

e) Is enim in *diff. inaugurali de femina meclenburgica Praeside D. MANTZELIO a. 1738. habita cap. 2. §. 13.* textum Reuerfalium hanc in rem adducit, et §. 21. ex ordin. polit. verbis: *da sie gleich zur andern Ehe geschribtten idem efficit.*

f) *in primis lineis vsus practici distinctionum feudaliu cap. 21. dist. 6. pag. 489. sqq.*

g) *in differt. de iuribus viduarum nobilium in feudis Pomeraniae citerioris, quæ est inauguralis PHILIPPI ERNFRIED GERDESII cap. 3. §. 12. not. 4. extr. pag. 89.*

meritoque addo. Denique ICTorum patriorum integer Ordo constanter ita respondit *b*).

§. XV.

III. Vocem Besserung in textu Reuersalium non significare impensas in utilitatem dotalitii factas, sed lucrum dotis, ostenditur.

Sicuti autem non facile accidit, vt clarissime etiam loquente lege, omnes omnino ICTi in eius interpretatione consentiant, sed potius nihil frequentius est, quam vt legem, quam alii in suas partes trahunt, alii quoque ad firmandam contrariam opinionem allegent, ita hoc quoque in hac nostra quaestione obuenire sentio. Nam, quem ego consentientibus tot ICTis patriis pro tuenda sententia mea allegavi, locum Reuersalium, eum in partes nostras vocare vetant PETRVS TORNOVIUS *a*) et HENRICVS NETTELBLADT *b*), magna nomina et de iure patrio insigniter merita. Vterque enim vocem *Besserung*, quae in illo textu occurrit, non de lucro dotis,

b) Vid. *ius mecl. illustr. cent. IIII*, 1611 d. 24. April. conceptam: *Daß der adelichen Wittfrauen, obgleich dieselbe sich anderweit befreyet, die Landstierche Besserung, wie auch die freye Wohnung zeit ihres Lebens gebuebre, und die halbe Fabriß eigentbuenlich gehoere prouocatur.*

b) Vid. *ius mecl. illustr. cent. IIII*, 1611 d. 24. April. conceptam: *Daß der adelichen Wittfrauen, obgleich dieselbe sich anderweit befreyet, die Landstierche Besserung, wie auch die freye Wohnung zeit ihres Lebens gebuebre, und die halbe Fabriß eigentbuenlich gehoere prouocatur.*

a) in tract. de feud. meclenb. P. I. c. 3. sect. 2. §. 37. pag. 497.

b) in libello sing. de dotalitio et legibus et moribus Germanorum, speciatim Megapolensium sect. 4. §. 58. pag. 82. Jg.

dotis, sed de impensis in dotalitium factis, vt melior inde eius reddatur conditio, intelligendam esse statuit. Cui quidem interpretationi obuiam iam iuerunt, quos antea nominauimus, celeberrimi viri SCHAVMKELLIUS et MOELLERVS c), ego vero puto, me, nouo argumento vsurum, hanc interpretationem planè reicere posse. Constat autem, ordines prouinciales iam a cIoIoCX. a. d. 14. Iun. Serenissimis Ducibus tum regnantibus *Wis-
mariae* in die deputationis obtulisse varia grauamina seu desideria, et ad ea petiisse Resolutiones in formam *Reuersalium affecurationis*, quod vulgo dicunt, redigendas, eaque eadem esse, super quibus vndecim annis post, Reuersales illae notissimae de ao. cIoIoCXXI. confectae sunt d). Inter haec desideria equitum fuit tum temporis hoc quoque: *Wenn eine Wittwe zur anderweitigen Ehe schritte, so sollte ihr Leibgeding wieder an den Lehmsfolger verfallen, doch sollte ihr die auf dem Brautchatz gebuehrende Besserung Zeit Lebens folgen e)*. Respondebatur autem in comitiis eodem anno cIoIoCX. a. d. 26 Iunii Sternbergae habitis ad haec desideria ex parte Serenissimorum Ducum regnantium, et ad hoc quidem, quod restitutionem dotalitii viduarum iterum nubentium concernebat, hunc in modum: *Mit adelichen Witwen, so zur andern Ehe schritten, sollte es ebenfals gebetermaassen gehalten werden. Es sey denn daß eine Verschreibung oder Heyraths-Contract dagegen waere, die aber auch sodann mit fuerstlichem und vetterlichem Consens muesste aufgerichtet seyn f)*. Quis, quae so, iam non videt, ex hac ipsa Serenissimorum Principum resolutione esse id profectum, quod Reuersalibus est loco octauo et vicesimo insertum, ideoque hunc locum ex hac ipsa resolutione interpretandum esse. Hanc vero de

lucro

c) loca indicauimus ad §. praeced. sub lit. e. et f.

d) Vid. FRANCK *Altes und Neues Mecklenburg*, lib. XII. cap. 14. pag. 119.

e) Vid. FRANCK l. c. pag. 123.

f) Vid. FRANCK l. c. cap. 15. pag. 131. extr.

luero dotis loqui, dubitare sane nemo potest, qui inspexit desiderium equitum, ad quod illa emanauit.

§. XVI.

V. *Aduersus* TORNOVIUM *ulterius disputatur*

Quamuis vero hoc vnicum argumentum, quo vsi sumus, plane sufficiat, ad profligandam TORNOVII et NETTELBLADTII opinionem, quae hoc ipso, quasi vno ictu prostrata intelligitur, quum non coniecturis vanis et pro arbitrio effectis, sed ipsius historiae fide nitatur nostra disputatio, tamen ne alto supercilio, quae tantis viris placuerunt, spernere videamur, curatius, quae ipsi pro sua interpretatione attulerunt, inspiciamus et examinemus. Tribus autem TORNOVIUS argumentis suam firmavit interpretationem, vel potius tribus hisce argumentis iniquitatem decisionis, quam textui reuersalium tribuit, et quam ipse sensisse videtur, tegere et emollire studet. Sed primo argumento, quod ab odio secundarum nuptiarum desumfit, nulla sane vis inest. Praeter enim ea, quae de inconuenientia huius argumenti a Ictis patriis disputata iam sunt ^{a)}, cogitandum est, poenas secundarum nuptiarum, qua talium et in se consideratarum, huius generis esse plane nullas, sed quae in odium secundarum nuptiarum disposita sunt in iure nostro, ea omnia in fauorem liberorum prioris matrimonii sancita esse, vt ne his per secundas nuptias alterutrius parentis quid detrahatur ^{b)}. Iam vero manifesto adparet, liberis prioris matrimonii intuitu lucri dotis per secundas nuptias plane nihil detrahi, quum hac de re prospectum

a) Vid. *ius meclenb. illustr. cent. V. nuptiarum genuinis ac spuris. Fref. ad iud. 22. nr. 7. et 11. pag. 262.* Viad. 1758. Add. EBERH. ANDR. ALS-

b) Quod eleganter docuit IO. SAM. SEN *de eo quod hodie iuris est circa poe-* FRIDER. DE BOEHMER *in dissert. nas secundis nuptiis scriptas Goett. 1752.* inaug. WARNII *de poenis secundarum* §. 12.

spectum iam dudum erat in ordinatione politicae. Alterum argumentum
 vereor ne antiquum errorem prodat. Nam dum ius nostrum statutarium,
 quod dicit, tanquam iuri communi derogans, restrictionem potius pati vult,
 quam extensionem admittere, sane sequutus est regulam, quam hodie in
 iure germanico et domestico interpretando non facile quisquam sequetur,
 licet olim eius non leuis fuerit auctoritas *c)*. Tertium denique argumen-
 tum, quod vidua binuba a nouo alatur marito, nouisque conditionibus per
 pacta dotalia sibi prospicere possit, adeoque cesset ratio mouens huius lucri
 dotis, maioris quidem ponderis videri poterat, sed nec illud quidquam in
 nos valebit. Licet enim omnino largiar, esse lucrum dotis in hunc quoque
 finem constitutum, vt lautiora habeat vidua alimenta *d)*, tamen proxima
 causa eius constitutionis, est compensatio dotis, marito illatae. Iam vero
 quum viduae ex moribus legeque ius sit, exigendi hanc compensationem,
 vt eo meliora habeat alimenta, quis, quaeso, iam intercedere poterit, quum
 iterum nubit, quasi hoc emolumento non indigeat, quod leges eidem de-
 dere. Quin potius hoc ipso emolumento ex priori matrimonio adquisito
 fieri omnino poterit, vt meliorem nubendi conditionem inueniat. Sane
 si ita philosophari liceret ex legum ratione, parum abfuturum esset, quin
 omnes omnino leges facillimo negotio interuerteremus.

§. XVII.

VI. *Aduersus* HENRIC. NETTELBLADTIVM *pugnatur.*

Alia quaesuit arma ad defendendam interpretationem suam D. NET-
 TELBLADTIVS, quocum iam manus amice conferamus. Quamuis enim maxi-
 me

c) ex instituto hanc regulam profiga- *d)* Hunc in sensum adicienda sunt,
 uit SIMON PETER GASSERVS in quae ICI patrii scribunt in iure mecl.
dissert. in qua examinatur brocardicum illustr. cent. V. ind. 22. ur. 5. extr. pag.
vulgare: Statuta ex iure communi esse 261, das lucrum dotis bat nur vicem bes-
interpretanda. serer alimentorum.



me in hunc valebunt, quae SCHAVMKELLIVS et MOELLERVS, vt antea diximus a), contra disputarunt, paucis tamen, ne quid omiffisse videamur, de fingulis defpiciamus. Primum autem dicit, vocem *Erftattung*, quae in Reuerfalibus occurrit, non conuenire lucro dotis, quippe quod viduae *reftitui* dici non poffit. Quod quidem argute magis, quam vere dictum pato. Nam vox *Erftattung*, in Reuerfalibus primario et principaliter ad dotem pertinet, cuius fequela eft lucrum dotis, quafi dicas: *gegen Erftattung des eingebrachten Ehegeldes famt der Befserung etc.* quae omiffa vovula *famt* non minus commode quoque dici potuerunt, quam Imperatores VALENTINIANVS, THEODOSIVS et ARCADIVS dixerunt b), fi vero alienarum rerum poffeffionem inuafit, non folum eam poffidentibus reddat, verum etiam aestimationem earundem rerum *reftituere compellatur*. Proprie enim haec aestimatio reftitui, dici non poterat, quum, cui illa foluenda erat, eam antea non habuerat. Sed ficuti et aliis locis in iure noftro c), latina vox: *reftituere*, latiori fenfu adcepta, occurrit pro: *praeftare*, ita idem quoque in germanica voce: *erftatten* euenire, ex iure equeftri bremeni docere poffum, vbi haec vox in eadem materia plane fimili ratione adhibetur d). Dein addit NETTELBLADTIVS, „verba: *was dem anhaengig*, fine dubio ad vocem *Befserung* fe referunt. Quid vero „lucro dotis adhaereat, me fane fugit. De meliorationibus contra haec „loquutio eft frequentiffima.“ Sed in his non video argutum illum criticum, et grammaticum, quem agere fibi videtur vir clariffimus. Primum enim

a) Vid. §. XV. lit. c. iuncto §. XIII. lit. c. et f.

b) in l. 7. in f. C. unde vi.

c) Veluti in l. vn. pr. C. de fuffrag. et l. 8. in f. C. de act. emf.

d) Brem. Ritter-Recht. tit. 5. §. 1. verbis: daß der Frauen neben und mit dem Leibgedinge, auch ihre Mitgift und Brautfehatz famt des dritten Theils Befserung wiederum abgefollget und erftattet werden.



Enim verba : *was dem anhaengig*, nego ad vocem *Besserung* referri ex ipsis regulis grammaticis posse. Nam si haec mens fuisset scribentis, scribere debuisset : *was derselben anhaengig*. Deim hic non fermo est de rebus, quae lucro dotis adhaereant, sed in genere de his, quae ad hanc causam, emolumentorum scilicet muliebrium, pertinent e). Denique si retorsionis iure uti vellemus, nonne quaerere poteramus : quaeenam ergo sunt, quae meliorationibus adhaerent? Denique addit amicus aduersarius noster, cuius cineres colimus : „Conuenit quoque haec doctrina certissimae iuris communis regulae : necessarias et viles impensas, impendenti eas, ab illis, quibus res ipsa restituitur, omni modo rescindendas. add. II. F. 28. §. si *vasallus*. Illustratur etiam dispositione de iure filiarum nobilium usufructuariarum, a quibus saepe argumentum ad viduae dotalitium trahitur, quando in Reuerf. cit. §. XXVII. *Wann von den Erbiungfern in dem Lehnguth dergleichen Besserungen angerichtet worden, die den Lehnsolgern zu besondern Nutzen und Frommen gereichen koennen, so sollen ihr, oder ihren Erben dieselbige nach billiger Ermaessigung, zum Halbscheid refundiret und erstattet werden*, sancitur.„ Studio dedimus integrum locum, licet paullo longiorem, ut ex ipsis verbis mens eius clarius perspicui possit. Licet enim priora verba manca sint, nec plenum sensum efferant, tamen, quid iisdem significare voluit vir clarissimus, satis adparebit. Neque de hac re quidquam monemus. Sed quo curatius inspicio et perpendo, quae scripsit vir doctissimus, eo clarius mihi adparet, illum semet ipsum laqueo intricasse, mihi que contra eum pugnanti gladium dedisse, quo illum plane iugularem. Sed ut paucis me expedire possum, peto Lecturos, velint ipsi verba Reuerf. cit. §. XII, integra et curatius inspicere, et statim adparebit, de impensis in dotalitium factis viduae restituendis non hic, ubi vox *Besserung* occurrit, sed in fine eius

e) Ita haec verba interpretati sumus supra §. XIII. pag. 44. cxi.
f) §. XII.

eius loci mentionem fieri. Quare si vocem *Besserung* de his quoque impensis intelligere luberet, bis de eadem re dispositum esset in vno articulo, quod, quam parum conueniat, quilibet perspicit, cui scribendi genus in Reuerfalibus obuium non plane ignotum est. Sed si vocem *Besserung* de his impensis intelligere velles, nonne ex simpliciter earum facta mentione recte conficeretur, simpliciter et plene quoque eas esse restituendas? Et estne haec plenaria impenfarum restitutio, iuri communi et textui feudorum, quem nominatim vir eruditissimus, plane conueniens? Attamen plane contraria ratione ex verbis finalibus huius reuerfalium articuli, collatis cum superiori et proxime antecedente articulo, apparet, impensas has non integras, sed pro dimidia tantum parte esse restituendas. Quis ergo ita interpretando vim inferre verbis, et pugnancia atque contraria ex iis efficere vellet? Et haec sufficiat contra doctissimos viros disputasse.

§. XVIII.

VII. *Corollarium de analogia aliorum iurium adiicitur.*

Sed ne pugnando et dimicando a *Vobis, Lecturi*, discedamus, fatius videtur nobis, quibus magis placet aequabile illud et placatum, quam contentiosum hoc scribendi genus, corollarii causa, de reliquis iuribus hoc lucrum dotis non ignorantibus paucis despiciere, vt adpareat, vtrum intuitu eius deterior fiat conditio viduarum iterum nubentium. Est vero hac in re cautio adhibenda, dum ab aliarum prouinciarum iure ad nostras terras argumentum quis ducere vult. In noua Marchia enim et Pomerania pariter ac in terris bremenfibz hoc lucrum dotis debetur viduis iure proprietatis, quum contra in patria iis tantum vsusfructus iure competat. Quare quod in Pomerania citeriori Sedinensi, nec non vltiori, referente Clariss.





BALTHASARE a) obtinet, vt scilicet vidua ad secunda vota transiens, si liberi ex priori matrimonio adsint, amittat proprietatem huius iuri, solo vsufructu eidem remanente, liberis autem prioris matrimonii non existentibus, nil plane amittat, sed pleno iure hoc lucrum retineat, id et ex argumento illo a donatione propter nuptias deducto b), et ex ratione adplicandi poenam a iure romano in secundas nuptias constitutam, ad emolumenta ex iuris germanici institutis a marito in vxorem profecta, quam praeter LEYSERVM c) probauit PVFENDORFIVS d), rectius tamen, si quid video cum STRYCKIO e), BRVNNEMANNO f), MVELLERO g), reiecit Cl. AYRER h) ortum esse videtur. Sed quum nec in ducatu Wolgastino i) nec in reliquis, quas nominauimus, prouinciis, id obtineat, l) multo minus id, etiamsi clara legis dispositio non obstaret, ad nostrum dotis lucrum adplicari posset, quum in illud ius vsufructus viduis tantum competat, quod tamen ne secundum illorum iurium rigorem] quidem amittit

a) in diss. saepius laudata de iurib. vid. nob. cap. 3. §. 12. pag. 88.

f) cent. I. decis. 80. nr. 6.

b) Verba BARNIMI Ducis in resolut. de a. 1601. Aber dagegen will sich auch gebuehren. daß sie solche ertangee Besserung liberis prioris matrimonii conferuire; immaassen dasselbe in antenuptiali donatione in Reebren also verleben ist, dedit BALTHAS. l. c. not. 4. pag. 89.

g) in diss. de odio secundar. nuptiar. cap. 7. th. 4.

c) medit. ad pand. spec. 300. m. 6.

h) in progr. de portione coniugum statutaria poenis secundarum nuptiarum haud obnoxia. Goett. 1756.

d) Vid tom. I. obseru. iur. vniuers. obs. 23. §. 3.

i) Vid. DE BALTHASAR loco quem dixi sub lit. a.

e) de success. ab intest. diss. I. c. 2. §. 8. et in notis ad BRVNNEMANNI ins eccles. lib. II. c. 17. §. 29.

l) De qua re in dem Brem. Ritter-Recht Tit. 5. §. 2. expresse et notanter haec disposita sunt: Und ist die Frau solches ihres Brautschatzes samt desselben Verbesserung machtrig, so lange sie leber. Hat sie aber Kinder, denen ist sie denselben zu lassen, und nicht zu entwenden schuldig, es waere denn, daß sie

amittere debet. Nam quod VALENTINIANVS, THEODOSIVS et AR-
CADIVS Imperatores constituerunt *m*), vt coniux, ad secunda prouolans
vota vsumfructum a coniuge priori sibi relictum amittat, eumque liberis,
ex eo die, quo iterum duxerit vxorem vel viro nupserit, restituere de-
beat, id, etiamsi quis vellet ab eo, quod coniux prior coniugi reliquit, ad
id transferre, quod ex bonis quidem prioris coniugis, non vero ex eius
voluntate ac liberalitate, sed ex legis potius necessitate in coniugem profe-
ctum est, noua tamen IUSTINIANI sanctione *n*) sublatum, et ad eam
speciem restrictum est, qua prior coniux superstiti coniugi vsumfructum
sub hac conditione constituit, ne ad secunda transeat vota.

Quae quidem ita pro virium et temporis ratione a nobis disputata, si
non plane *Vobis, Lecturi*, displicent, insigniter laetabimur, sin non
nulla eorum minus placent, excusationem certe quandam ob ea sperare
possumus, quae huius rei causa in limine libelli disseruimus, quibus nil addi-
mus praeter hoc, quod censores, si qui sunt, rigidiores moneamus, nullas
secundas curas adhibere, ne stilum quidem vertere nobis licuisse, quum haec,
prouti festinante et titubante calamo in chartam erant coniecta, statim ope-
rariis tradi debebant.

zur andern Ehe greifen wollte (vbi in *zubringen*. Et in nota authentica hic
nota authentica additur: oder sie sonst *adiicitur: jedoch dass den Kindern in*
hierueber anders in ibren letzten Wil- *eventum mortis die legitima salua bleibe-*
len, salua tamen legitima, disponirt *m) in l. vn, C. si secundo nups. mul.*
haette) in dem Fall mag sie ibrem andern *n) in Nov. XXII. cap. 32. vnde de-*
Mann ibren Brautschatz, samt der Ver- *sumta est Auzb. Hoc locum C. d. t.*
besserung desselben, ganz oder zum theil



ΕΠΙΜΕΤΡΑ
DISCEPTANDI CAUSSA ADIECTA.

1. **L**eges matrimoniales mosaicae, quae Leuit. XVIII et XX leguntur, omnes quidem positivae sunt, minime tamen legibus divinis positivis uniuersalibus, si quae sunt, quod ipsum rectius negari videtur, adnumerandae.
2. Finitium iuris publici et priuati regundorum optima videtur haec ratio esse, ut *priuatum ius* dicatur, quo iura et obligationes priuatorum, qua talium, i. e. sine respectu ad populum, finiuntur, *publicum* vero, quod iura et obligationes, quae ad populum, qua talem, spectant, comprehendit, quum in genere a populo, quidquid ad eum pertinet, publicum dici debeat.
3. *Ius publicum* commode in *internum* et *externum* dispeSCI potest, quorum illud tam formam regiminis definit, quam iura et obligationes singulorum membrorum ciuitatis, qua talium, Imperantis scilicet et subditorum, non inter se tantum, sed etiam intuitu rerum, complectitur, hoc vero de habitu ciuitatis ad eos, qui et quatenus membra ciuitatis non sunt, exponit.
4. Recte igitur *ius gentium* pars dici potest iuris publici externi. Neque tamen hoc solo absoluitur. Nam et ius imperantis ciuilis in ecclesiam, et habitus ciuitatis ad singulos homines, extra eam constitutos, huc spectant.
5. *Ius publicum ecclesiasticum* duplex est. Alterum, quod de iuribus imperii in ecclesia, qua tali, praecipit, alterum, quod iura imperantis ciuilis, qua talis, in ecclesiam, quam subditi ipsius constituunt, finit. In illo, quod mere ecclesiasticum est, denominatio: *publici* paululum translata est ad imperii notionem, etiam si ciuile non sit. Hoc, quia habitum ciuitatis ad ecclesiam concernit, et ad ius ciuile potest, et ad ius ecclesiasticum referri.
6. Errare videntur, qui **THOMASII** opinionem de omni in ecclesiam potestate maiestati vindicanda, ex exilio, in quod proscripcta iam erat, reuocare aucturuntur.
7. *Ius priuatum principum* iuris publici pars plane non est, licet in scholis huius commode, quasi adpndix, iungatur.
8. Romanorum dominii dotis in ciuile et naturale diuisio omnino differt a dominii in directum et vtile distinctione.
9. Iudicia diuiforia, mixta ratione fundamenti, seu tam ex iure in rem, quam ex iure in personam esse, recte negauit **HUPER**, quum verum omnino sit, mere personalia ea esse.
10. Recens Theologorum controuersia de symbolicorum librorum in ecclesia auctoritate maximam partem ex iurisprudencia decidenda est.

ULB Halle
005 353 157

3




slr





C. 29. num. 35. 2



B.I.G.

Farbkarte #13

DE
CRO DOTIS

SECUNDA VOTA NON AVFERENDO

DISSERTATIO

1772, 2

ANICI INPRIMIS MECLENBURGICI

AVCTORITATE
IVRECONSVLTORVM ORDINIS

PRAESIDE

FRID. TRENDELENBURG

PALATII CAESAREI COMITE
MAGISTRO PHILOSOPH. ET IVR. VTR. DOCTORE
S. ORDINIS ICTORVM BVETZOV. SENIORE
DVICALI TEVTON, QVAE HELMSTADII EST
HONORIS CAVSSA ADSRIPTO

PRO OBTINENDIS
S IN IVRE HONORIBVS
DISCEPTANDVM PROPOSITA



AB AVCTORE

NO GVILIELMO TADDEL
ROSTOCHIENSI
L. V. C.

BVETZOVII
SEPTEMBR. A. O. R. c1b1bCCLXXII,